' tantum conditione tuae ſententiae ac-
' quieſcam.'

17. Haec loquutus Artabanus, qui ſperaret probaturum ſe Xerxem dicere nihil, juſſa exequutus eſt. Et quum induta ſibi Xerxis veſte, regali ſolio reſediſſet, moxque cubitum iviſſet, idem inſomnium dormienti adfuit quod Xerxem adierat, eique ſuperadſtans, ita inquit, ' Tune ille
' es qui feſtinantem bellare contra Grae-
' ciam Xerxem detines, tanquam ejus cu-
' ram gerens? Tu neque in futurum ne-
' que in praeſens conſideras, qui diſſua-
' des id quod debet contingere. Quid au-
' tem Xerxem pati neceſſe ſit, dicto non
' audientem, ei ipſi demonſtratum eſt.

18. His verbis Artabano viſa eſt illa viſio in ſomnis minitari, candentibuſque ferramentis conari oculos ipſius exurere. Quare vehementer exclamans Artabanus

Digitized by Google

‘ μέχρι δὲ τύτυ τῇ παρεύσῃ γνώμῃ χρή-‘ σομαι.’

ιζ΄. Τοσαῦτα εἴπας Αρτάβανος, ἐλπίζων [c] Ξέρξεα ἀποδέξειν λέγοντα ὐδὲν, ἐποίεε τὸ κελευόμενον. ἐνδὺς δὲ τὴν Ξέρξεω ἐσθῆτα, καὶ ἑζόμενος ἐς τὸν βασιλήϊον θρόνον, ὡς μετὰ ταῦτα κοῖτον ἐποιέετο, ἦλθέ οἱ κατυπνωμένῳ τὠϋτὸ ὄνειρον τὸ καὶ παρὰ Ξέρξεα ἐφοίτα. ὑπερστὰν δὲ τῦ Αρταβάνυ, εἶπε, ‘ Αρα [d] σὺ δὴ κεῖ-‘ νος ἧς ὁ ἀποσπεύδων Ξέρξεα στρατεύε-‘ σθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ὡς δὴ κηδόμενος ‘ αὐτῦ; ἀλλ’ ὔτε ἐς τὸ μετέπειτα, ὔτε ‘ ἐς τοπαραυτίκα νῦν καταπροΐξεαι, ἀ-‘ ποτρέπων τὸ χρεὼν γενέσθαι. Ξέρξεα ‘ δὲ τὰ δεῖ ἀνηκυστέοντα παθέειν, αὐτῷ ‘ ἐκείνῳ δεδήλωται.’

ιη΄. Ταῦτά τε δὴ ἐδόκεε Αρτάβανος τὸν ὄνειρον ἀπειλέειν, καὶ θερμοῖσι σιδηρείοισι ἐκκαίειν αὐτῦ μέλλειν τοὺς ὀφθαλμύς. καὶ ὃς, ἀμβώσας μέγα ἀναθρώ-

[c] νομίζων. [d] εἶπε τάδε, Αρα.

Digitized by Google

σκει· καὶ παριζόμενος Ξέρξῃ, ὡς τὴν ὄψιν οἱ τῦ ἐνυπνίυ διεξῆλθε ἀπηγεόμενος, δευτερά οἱ λέγει τάδε· ‘ Εγὼ μὲν, ‘ ὦ βασιλεῦ, οἷα ἄνθρωπος ἰδὼν ἤδη πολ‐ ‘ λά τε καὶ [e] μεγάλα πεσόντα πρήγ‐ ‘ ματα ὑπὸ ἡσσόνων, ὐκ ἔων σε τὰ πάν‐ ‘ τα τῇ ἡλικίῃ εἴκειν· ἐπιςάμενος ὡς κα‐ ‘ κὸν εἴη τὸ πολλῶν ἐπιθυμέειν· μεμνη‐ ‘ μένος μὲν τὸν ἐπὶ Μασσαγέτας Κύρυ ‘ ςόλον ὡς ἔπρηξε, μεμνημένος δὲ καὶ τὸν ‘ ἐπ᾽ Αἰθίοπας τῦ Καμβύσεω, συςρα‐ ‘ τευόμενος δὲ καὶ Δαρείῳ ἐπὶ Σκύθας. ‘ ἐπιςάμενος ὦν ταῦτα, γνώμην εἶχον, ‘ ἀτρεμίζοντά σε μακαριςὸν εἶναι πρὸς ‘ πάντων ἀνθρώπων. ἐπεὶ δὲ δαιμονίη ‘ τις γίνεται ὁρμὴ, καὶ Ἕλληνας (ὡς ‘ ἔοικε) φθορή τις καταλαμβάνει θεή‐ ‘ λατος, ἐγὼ μὲν καὶ αὐτὸς τράπομαι, ‘ καὶ τὴν γνώμην μετατίθεμαι· σὺ δὲ ‘ σήμηνον μὲν Πέρσῃσι τὰ ἐκ τοῦ θεῦ ‘ πεμπόμενα, χρῆσθαι δὲ κέλευε τᾶσι

[e] ἰδὼν τε πολλὰ καί.

exiluit, et ſedens prope Xerxem, ubi obverſatam ſibi in ſomnis viſionem expoſuit, ſecundo loco haec inquit: 'Equidem, rex, 'ego, utpote homo, qui multa jam vide'ram et magna negotia cecidiſſe ſub in'ferioribus, non ſinebam te omnia aetati 'indulgere, gnarus rem eſſe malam multa 'concupiſcere, memoria tenens expediti'onem Cyri contra Maſſagetas quemad'modum cecidiſſet; etiam reminiſcens, 'quomodo actum fuerit cum exercitu 'Cambyſis contra Aethiopes: qui etiam 'cum Dario militavi adverſus Scythas. 'Haec ſciens ego, ſentiebam te, ſi qui'eſceres, ab omnibus hominibus pro bea'to celebratum iri. Sed quoniam divinus 'quidam inſtinctus eſt, et Graecos clades 'quaedam (ut videtur) miſſa divinitus 'manet, ego quoque et ipſe mutor, ac 'ſentio aliter. Tu vero quae divinitus 'miſſa ſunt, indicato Perſis, jubetoque ut

Digitized by Google

'iis quae ad apparatum pertinentia prim;
'praeceperas, operam dent. Ita autem
'agito, ut nihil tuorum, deo tribuente
'desit.' His dictis, et elatis ex ea visione animis, simulatque dies extitit, ibi confestim et Xerxes haec Persis exponit, et Artabanus, quem constabat prius solum omnium fuisse dehortatum, tunc palam exhortabatur.

19. Post haec ineunti expeditionem Xerxi tertium in somno visum oblatum est: quod magi auditum, conjectarunt ad universam terram pertinere, portenderque omnes homines Xerxi servituros. visum autem tale erat: Videbatur sibi Xerxes surculo oleagino coronatus esse, cujus oleae ramis universa tellus occuparetur, et mox coronam capiti circumdatam evanescere. Haec magis interpretando illuc trahentibus, et Persis congregatis, sine mora quilibet eorum ad suam praefectu-

Digitized by Google

'ἐκ σέο πρώτοισι προειρημένοισι ἐς τὴν 'παρασκευήν. ποίεε δὲ οὕτω ὅκως τοῦ 'θεοῦ παραδιδόντος, τῶν σῶν ἐνδεήσῃ μη-'δέν.' Τουτέων λεχθέντων, ἐνθαῦτα ἐπαρθέντες τῇ ὄψει, ὡς ἡμέρη ἐγένετο τάχιστα, Ξέρξης τε ὑπερετίθετο ταῦτα Πέρσῃσι· καὶ Ἀρτάβανος, ὃς πρότερον ἀποσπεύδων μοῦνος ἐφαίνετο, τότε ἐπισπεύδων φανερὸς ἦν.

ιθ'. Ὡρμημένῳ δὲ Ξέρξῃ στρατηλατέειν, μετὰ ταῦτα τρίτη ὄψις ἐν τῷ ὕπνῳ ἐγένετο, τὴν οἱ μάγοι ἔκριναν ἀκούσαντες, φέρειν τε ἐπὶ πᾶσαν γῆν, δουλεύσειν τέ οἱ πάντας ἀνθρώπους. ἡ δὲ ὄψις ἦν ἥδε· ἐδόκεε ὁ Ξέρξης ἐστεφανῶσθαι ἐλαίης θαλλῷ· ἀπὸ δὲ τῆς ἐλαίης τοὺς κλάδους γῆν πᾶσαν ἐπισχεῖν. μετὰ δὲ, ἀφανισθῆναι περὶ τῇ κεφαλῇ κείμενον τὸν στέφανον. κρινάντων δὲ ταύτῃ τῶν μάγων, Περσέων τε τῶν συλλεχθέντων, αὐτίκα πᾶς ἀνὴρ ἐς τὴν ἀρχὴν τὴν ἑωϋ-

Digitized by Google

τοῦ ἀπελάσας, εἶχε προθυμίην πᾶσαν ἐπὶ τοῖσι εἰρημένοισι[f], θέλων αὐτὸς ἕκαστος τὰ προκείμενα δῶρα λαβεῖν.

κ΄. Καὶ Ξέρξης τοῦ στρατοῦ οὕτω ἐπάγερσιν ποιέεται, χῶρον πάντα ἐρευνῶν τῆς ἠπείρου. ἀπὸ γὰρ Αἰγύπτου ἁλώσιος, ἐπὶ μὲν τέσσερα ἔτεα πλήρεα παραρτέετο στρατιήν τε καὶ τὰ πρόσφορα τῇ στρατῇ· πέμπτῳ δὲ ἔτεϊ ἀνομένῳ ἐστρατηλάτεε χειρὶ μεγάλῃ πλήθεος. στόλων γὰρ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν πολλῷ δὴ μέγιστος οὗτος ἐγένετο· ὥστε μήτε τὸν Δαρείου τὸν ἐπὶ Σκύθας παρὰ τοῦτον μηδὲν φαίνεσθαι, μήτε τὸν Σκυθικὸν, ὅτε Σκύθαι Κιμμερίους διώκοντες, ἐς τὴν Μηδικὴν χώρην ἐμβαλόντες, σχεδὸν πάντα τὰ ἄνω τῆς Ασίης καταστρεψάμενοι, ἐνέμοντο· τῶν εἵνεκεν ὕστερον Δαρεῖος ἐτιμωρέετο. μήτε κατὰ τὰ λεγόμενα τῶν Ατρειδέων ἐς Ιλιον, μήτε τὸν Μυσῶν τε καὶ Τευκρῶν, τὸν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν γενό-

[f] ἀνειρημένοισι.

Digitized by Google

ram digreſſus, omni ſtudio incubuit ad exequenda juſſa, certantes dona quae propoſita fuerant obtinere.

20. Xerxes autem ita copias militares ſuſcitavit, ut omnem continentis locum ſcrutaretur. ſiquidem a debellata Aegypto per totum quadriennium comparaverat exercitum, atque ejus apparatum, quinto autem anno ineunte movit cum ingenti copiarum manu. Nam omnium quas novimus expeditionum haec multo maxima extitit: adeo ut ad eam nihil fuiſſe videatur aut illa Darii adverſus Scythas ſumpta, aut illa Scythica, quae Cimmerios inſequens Medicam regionem invaſit, ac pene omnia ſuperiora Aſiae ſubegit ac tenuit; quo nomine Darius poſtea Scythas ivit ultum: neque ad illa quae jactantur Atridarum adverſus Ilium, aut illa ante Troica Myſorum Teucrorum-

Digitized by Google

que, qui per Bosporum in Europam transgressi, omnes Thraces in ditionem suam redegerunt, ad Ioniumque pontum descendentes, ad Peneum usque amnem, qui ad meridiem vergit, processerunt.

21. Neque illae omnes expeditiones neque aliae praeter has, cum una hac comparari merentur. Quam enim ex Asia gentem non duxit contra Graeciam Xerxes? quae aqua praeter ingentes amnes potando non defecit? Alii namque naves praestabant; aliis ut peditatum, aliis ut equitatum, aliis ut navigia ad vectandos equos una militantibus, aliis ut naves longas in usum pontium praeberent, injunctum erat; aliis ut frumentum et naves: eaque triennio praeparata erant, praecipue propter Athon, ut in quo superior classis dum circumvehitur afflictata fuis-

Digitized by Google

μενον· οἳ διαβάντες ἐς τὴν [a] Εὐρώπην κατὰ Βόσπορον, τούς τε Θρήϊκας κατεστρέψαντο πάντας, καὶ ἐπὶ τὸν Ἰώνιον πόντον κατέβησαν, μέχρι τε Πηνειοῦ ποταμοῦ τοῦ πρὸς μεσαμβρίης [b] ἤλασαν.

κα'. Αὗται αἱ πᾶσαι, οὐδ' εἰ ἕτεραι [c] πρὸς ταύτῃσι γενόμεναι αἱ στρατηλασίαι, μιῆς τῆσδε οὐκ ἄξιαι. τί γὰρ οὐκ ἤγαγε ἐκ τῆς Ἀσίης ἔθνος ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα Ξέρξης; κοῖον δὲ πινόμενόν μιν ὕδωρ [d] οὐκ ἐπέλιπε, πλὴν τῶν μεγάλων ποταμῶν; οἱ μὲν γὰρ νέας παρείχοντο, οἱ δὲ ἐς πεζὸν ἐτετάχατο, τοῖσι δὲ ἵππος προσετέτακτο, τοῖσι δὲ ἱππαγωγὰ πλοῖα, ἅμα [e] στρατευομένοισι· τοῖσι δὲ ἐς τὰς γεφύρας μακρὰς νέας παρέχειν· τοῖσι δ' ἐς σῖτά τε [f] καὶ νέας. καὶ τοῦτο μὲν, ὡς προσπταισάντων τῶν πρώτων περιπλεόντων περὶ τὸν Ἄθων, προετοιμάζετο ἐκ τριῶν ἐτέων κου μάλιστα [g] ἐς τὸν Ἄθων.

a MS. tantum habet διαβάντες τὴν. b μεσαμβρίην. c οὐδ' ἕτεραι. d πινόμενον ὕδωρ. e Vox ista ἅμα non exstat in MS. f τοῖσι δὲ, σῖτά τε. g προετοιμάζετο πρὸ τριῶν ἐτέων, καὶ μάλιστα.

Digitized by Google

ἐν γὰρ Ἐλαιῦντι[a] τῆς Χερσονήσȣ ὅρμεον τριήρεες· ἐνθεῦτεν δὲ ὁρμεώμενοι, ὤρυασσον ὑπὸ μαςίγων παντοδαποὶ τῆς ςρατιῆς, διάδοχοι δ' ἐφοίτων· ὤρυσσον δὲ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἄθων κατοικημένοι. Βȣ́βαρις δὲ ὁ Μεγαβάζȣ, καὶ Ἀρταχαίης ὁ Ἀρταίȣ, ἄνδρες Πέρσαι, ἐπεςάτεον τοῦ ἔργȣ.

κβ'. Ὁ γὰρ Ἄθως ἐςι ὄρος μέγα τε κ) ȣ̓νομαςὸν, ἐς θάλασσαν κατῆκον, οἰκημένον ὑπὸ ἀνθρώπων. τῇ δὲ τελευτᾷ ἐς τὴν ἤπειρον τὸ ὄρος, χερσονησοειδές τε ἐςι, καὶ ἰσθμὸς ὡς δώδεκα ςαδίων· πεδίον δὲ τȣ̃το, κ) κολωνοὶ ȣ̓ μεγάλοι ἐκ θαλάσσης τῆς Ἀκανθίων, ἐπὶ θάλασσαν τὴν ἀντίον Τορώνης· ἐν δὲ τῷ ἰσθμῷ τȣ́τῳ, ἐς ὃν τελευτᾷ ὁ Ἄθως, Σάνη πόλις Ἑλλὰς οἴκηται. αἱ δὲ ἐντὸς Σάνης, ἔσω δὲ τȣ̃ Ἄθω οἰκημέναι, τὰς τότε ὁ Πέρσης νησιώτιδας ἀντὶ ἠπειρωτίδων ὥρμητο ποιέειν, εἰσὶ αἵδε, Δῖον, Ὀλόφυξος, Ἀκρόθοον, Θύσσον[b],

[a] Ἐλεῦντι. [b] Θύσσος.

ſet. Ad Elaeuntem enim Cherſoneſi triremes habebant ſtationem, illincque omnes copiae ſub flagellis coeperunt Athon effodere, quum per vices alii aliis ſuccederent adjuvantibus etiam in effodiendo accolis montis: praepoſitis operi, Bubare Megabazi, et Artachaea Artaei filio, viris Perſis.

22. Eſt autem Athos mons ingens ac nobilis, in mare pertinens, ab hominibus cultus; qua ad continentem deſinit, habet ſpeciem peninſulae, et eſt iſthmus duodecim fere ſtadiorum. Haec planities, atque tumuli, e mari Acanthiorum ad mare quod eſt contra Toronen, non ſunt magni. In hoc iſthmo ubi Athos finitur, ſita eſt urbs Graeca nomine Sana. Quae autem intra Sanam et intus in Atho ſitae ſunt urbes, et quas tunc Perſa ex continentibus inſulanas facere aggreſſus eſt, ſunt hae, Dion, Olophyxus, Acro-

thoon, Thyſſum, Cleonae. Iſtae quidem ſunt urbes, quae Athon obtinent.

23. Hoc autem modo fodi placuit. barbari locum nationatim diviſum circa Sanam urbem fune porrecto metientes poſteaquam depreſſa alte erat foſſa, illi quidem in imo verſantes pergebant fodere, alii humum effoſſam aſſidue tradebant aliis ſuper ſcalas ſtantibus: et iſti excipientes deinceps aliis, dum ad ſummos perveniebatur, qui illam efferebant atque ejiciebant. Qua in re aliis quidem deruptae et praecipites ripae operis, praeterquam Phoenicibus, duplum laborem praebebant: nam quum eandem facerent menſuram oris ſuperioris et ejus quod erat inferius in fundo, id neceſſe fuit illis contingere. At Phoenices cum aliis in rebus, tum vero in illa prudentiam ſuam declaraverunt: quippe partem, quanta ipſis ſorte ducta erat, ita excavaverunt, ut

Digitized by Google

Κλεωναί. πόλιες μὲν αὗται αἳ τὸν Ἀθων νέμονται.

κγ΄. Ὤρυσσον δὲ ὧδε· δασάμενοι τὸν χῶρον οἱ βάρβαροι κατὰ ἔθνεα, κατὰ Σάνην πόλιν σχοινοτενὲς ποιησάμενοι· ἐπεὶ δὲ ἐγίνετο βαθεῖα ἡ διῶρυξ, οἱ μὲν, κατώτατα ἑστεῶτες, ὤρυσσον· ἕτεροι δὲ παρεδίδοσαν τὸν αἰεὶ ἐξορυσσόμενον χοῦν ἄλλοισι κατύπερθε ἑστεῶσι ἐπὶ βάθρων· οἱ δ' αὖ ἐκδεκόμενοι, ἑτέροισι, ἕως ἀπίκοντο ἐς τοὺς ἀνωτάτω· οὗτοι δὲ ἐξεφόρεόν τε καὶ ἐξέβαλλον. τοῖσι μέν νυν ἄλλοισι πλὴν Φοινίκων, καταῤῥηγνύμενοι οἱ κρημνοὶ τοῦ ὀρύγματος, πόνον διπλήσιον παρεῖχον. ἅτε γὰρ τοῦ τε ἄνω στόματος καὶ τοῦ κάτω τὰ αὐτὰ μέτρα ποιευμένων, ἔμελλέ σφι τοιοῦτον ἀποβήσεσθαι· οἱ δὲ Φοίνικες σοφίην ἔν τε τοῖσι ἄλλοισι ἔργοισι ἀποδείκνυνται, καὶ δὴ καὶ ἐν ἐκείνῳ. ἀπολαχόντες γὰρ μόριον ὅσον αὐτοῖσι ἐπέβαλε, ὤρυσσον· τὸ μὲν ἄνω στόμα τῆς

διώρυχος ποιεῦντες διπλήσιον ἢ ὅσον ἔδει αὐτὴν τὴν διώρυχα γενέσθαι· προβαίνοντος δὲ τοῦ ἔργου, συνῆγον αἰεί. κάτω τε δὴ ἐγίνετο, καὶ ἐξισοῦτο τοῖσι ἄλλοισι τὸ ἔργον. ἐνθαῦτα δὴ λειμών ἐστι, ἵνα σφι ἀγορή τε ἐγίνετο καὶ πρητήριον· σῖτος δέ σφισι πολλὸς ἐφοίτα ἐκ τῆς Ἀσίης ἀληλεσμένος.

κδ΄. Ὡς μὲν ἐμὲ συμβαλλεόμενον εὑρίσκειν, μεγαλοφροσύνης εἵνεκα αὐτὸ Ξέρξης ὀρύσσειν ἐκέλευε, ἐθέλων τε δύναμιν ἀποδείκνυσθαι, καὶ μνημόσυνα λιπέσθαι. παρεὸν γὰρ, μηδένα πόνον λαβόντας, τὸν ἰσθμὸν τὰς νέας διειρύσαι[c], ὀρύσσειν ἐκέλευε διώρυχα τῇ θαλάσσῃ, εὖρος ὡς δύο τριήρεας πλέειν ὁμοῦ ἐλαστρεομένας. τοῖσι δὲ αὐτοῖσι τούτοισι τοῖσί περ καὶ τὸ ὄρυγμα, προσετέτακτο καὶ τὸν Στρυμόνα ποταμὸν ζεύξαντας γεφυρῶσαι.

κε΄. Ταῦτα μέν νυν οὕτω ἐποίεε[d].

c διαρύσαι. d ἐποιέετο. Mox MS. habet παρεσκευάζοντο.

Digitized by Google

superius os fossae duplum facerent, quam ipsam fossam esse oportebat, procedenteque opere assidue illam coarctabant: ut et ad imum deveniret ac fossa ceterorum partibus adaequaretur. Est autem hoc loco pratum quoddam, ubi illorum erat et forum et mercatus, quo multum etiam ex Asia frumenti moliti comportabatur.

24. Hanc fossam Xerxes (ut ego conjectura colligo) jactantiae gratia deprimi jussit, potentiae ostentandae cupidus; ac monumenta relinquendi. nam quum liceret nullo negotio naves per isthmum transportare, jussit isthmum intercidi, ad mare recipiendum in fossam tantae latitudinis, ut duae triremes pariter illac agitari possent. Eisdem autem quibus fuerat imperatum ut fossam facerent, etiam imperatum fuit, ut flumen Strymonem pontibus jungerent. Ista Xerxes hunc in modum fecit.

25. Comparabantur item ad pontes

Digitized by Google

armamenta juncea et ex albo lino, dato hoc Phoenicibus atque Aegyptiis negotio ut commeatum quoque exercitui comportarent: ne fame vexaretur exercitus, neve jumenta quae ducebantur in Graeciam. Sed admonitus juſſit illum deponere in loca quae ubique opportuniſſima eſſent, alium alia via comportantes undique ex Aſia navibus onerariis et vectoriis. Verum ex plurimis collectum portarunt in oram Thraciae quae dicitur Album litus: alii in Tyrodizam Perinthiorum, alii in Doriſcum, alii in Eionem, quae eſt ad Strymonem: alii in Macedoniam ex juſſu.

26. Dum iſti in impoſito opere occupantur, interea Xerxes, coactis omnibus pedeſtribus copiis, iter ingreſſus eſt Sardes verſus, movens ex Critalis Cappadociae. Illuc enim edictum erat, ut cunctae copiae cogerentur, quae per conti-

Digitized by Google

παρεσκευάζετο δὲ ϗ ὅπλα ἐς τὰς γεφύρας βύβλινά τε ϗ λευκολίνου· ἐπιτάξας Φοίνιξί τε ϗ Αἰγυπτίοισι ϗ σιτία τῇ στρατιῇ καταβάλλειν, ἵνα μὴ λιμήνειε ἡ στρατιὴ, μηδὲ τὰ ὑποζύγια ἐλαυνόμενα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. ἀναπυθόμενος δὲ τοὺς χώρους, καταβάλλειν ἐκέλευε ἵνα ἐπιτηδεώτατον εἴη, ἄλλα ἄλλῃ ἀγινέοντας ὁλκάσι τε ϗ πορθμηΐοισι ἐκ τῆς Ἀσίης πανταχόθεν· τὸν δὲ τῶν πλεῖστον ἐς Λευκὴν ἀκτὴν καλεομένην τῆς Θρηΐκης ἀγίνεον, οἱ δὲ, ἐς Τυρόδιζαν τὴν Περινθίων, οἱ δὲ, ἐς Δορίσκον, οἱ δὲ, ἐς Ἠϊόνα τὴν ἐπὶ Στρυμόνι, οἱ δὲ, ἐς Μακεδονίην διατεταγμένοι.

κϛʹ. Εν τῷ δὲ οὗτοι τὸν προκείμενον πόνον ἐργάζοντο, ἐν τούτῳ ὁ πεζὸς ἅπας συλλελεγμένος ἅμα Ξέρξῃ, ἐπορεύετο ἐς Σάρδις, ἐκ Κριτάλων ὁρμηθεὶς τῶν ἐν Καππαδοκίῃ. ἐνθαῦτα γὰρ εἴρητο συλλέγεσθαι πάντα τὸν κατ' ἤπειρον μέλ-

Digitized by Google

λοντα ἅμα αὐτῷ Ξέρξῃ πορεύεσθαι στρατόν. ὃς μέν νυν τῶν ὑπάρχων στρατὸν κάλλιστα ἐσταλμένον ἀγαγὼν, τὰ προκείμενα παρὰ βασιλέος ἔλαβε δῶρα, οὐκ ἔχω φράσαι. οὐδὲ ἀρχὴν[a] ἐς κρίσιν τούτου πέρι ἐλθόντας οἶδα. οἱ δὲ, ἐπεί τε διαβάντες τὸν Ἅλυν ποταμὸν, ὡμίλησαν τῇ Φρυγίῃ, δι' αὐτῆς πορευόμενοι, παρεγένοντο ἐς Κελαινὰς, ἵνα πηγαὶ ἀναδιδοῦσι Μαιάνδρου ποταμοῦ, καὶ ἑτέρου οὐκ ἐλάσσονος ἢ Μαιάνδρου, τῷ οὔνομα τυγχάνει ἐὸν Καταῤῥήκτης· ὃς ἐξ αὐτῆς τῆς ἀγορῆς τῆς Κελαινέων ἀνατέλλων, ἐς τὸν Μαίανδρον ἐκδιδοῖ· ἐν τῇ καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσύεω ἀσκὸς ἐν τῇ πόλι ἀνακρέμαται· τὸν ὑπὸ Φρυγῶν λόγος ἔχει ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἐκδαρέντα ἀνακρεμασθῆναι.

κζ'. Ἐν ταύτῃ τῇ πόλι ὑποκατήμενος Πύθιος ὁ Ἄτυος, ἀνὴρ Λυδὸς, ἐξείνισε τὴν βασιλέος στρατιὴν πᾶσαν ξεινίοισι μεγίστοισι, καὶ αὐτὸν Ξέρξεα· χρήματά τε

[a] οὐδὲ γὰρ ἀρχὴν.

nentem erant cum Xerxe iturae. In quibus quisnam praefectorum agmen pulcherrime instructum ducens, ab rege donatus fuerit propositis donis, affirmare non possum; neque omnino venisse aliquos de ea re in judicium novi. Posteaquam autem transmisso flumine Haly, attigerunt Phrygiam, itinere per eam facto, pervenerunt Celaenas, ubi fontes Maeandri existunt, et alterius amnis non minoris Maeandro, nomine Catarractae, qui ex eo ipso foro Celaenatum exoriens influit in Maeandrum. In qua urbe et in quo foro visitur suspensa Sileni Marsyae pellis in utrem formata: quam a Phrygibus fertur Apollo illi detractam suspendisse.

27. In hac urbe residens Pythius Atyis filius, vir Lydus, omnem regis exercitum atque ipsum Xerxem magnificentissimo hospitio excepit: spopondique se

Digitized by Google

pecuniam ei in bellum ſuppeditaturum. Ob quam ſponſionem Xerxes eos qui aderant Perſas interrogavit quiſnam eſſet Pythius, et quantum poſſidens, qui hoc polliceretur. Illi, ‘ Rex, inquiunt, hic ille eſt ‘ qui Darium patrem tuum aurea platano ‘ ac vite donavit: quique nunc omnium ‘ hominum divitiis princeps eſt ſecun‘ dum te.’

28. Haec ultima verba Xerxes admiratus, ſecundo loco percontatus eſt ipſe Pythium quantum ei pecuniarum eſſet. Cui ille, ‘ Neque te, inquit, celabo rex, ‘ neque praetexam me neſcire meas ipſi‘ us facultates: ſed ſciens, proinde exacte ‘ recenſebo. Etenim ſimulatque accepi ‘ te ad mare Graecum deſcendere, volens ‘ tibi ad bellum pecuniam dare, ſubducta ‘ ratione comperi mihi eſſe argenti qui-

Digitized by Google

ἐπαγγέλλετο, βουλόμενος ἐς τὸν πόλεμον παρέχειν. ἐπαγγελλομένου δὲ χρήματα Πυθίου, εἴρετο Ξέρξης Περσέων τοὺς παρεόντας, τίς τε ἐὼν ἀνδρῶν Πύθιος, καὶ κόσα χρήματα κεκτημένος, ἐπαγγέλλοιτο ταῦτα. οἱ δὲ εἶπαν, ‘ Ὦ βασιλεῦ, οὗτός ἐστι ‘ ὅς τοι τὸν πατέρα Δαρεῖον ἐδωρήσατο ‘ τῇ πλατανίστῳ τῇ χρυσέῃ, καὶ τῇ ἀμ- ‘ πέλῳ· ὃς καὶ νῦν ἐστι πρῶτος ἀνθρώπων ‘ πλούτῳ τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, μετά σε.’

κη΄. Θωϋμάσας δὲ τῶν ἐπέων τὸ τελευταῖον Ξέρξης, αὐτὸς δεύτερα εἴρετο Πύθιον ὁκόσα οἱ εἴη χρήματα· ὁ δὲ εἶπε, ‘ Ὦ βασιλεῦ, οὔτέ σε ἀποκρύψω, οὔτε σκή- ‘ ψομαι τὸ μὴ εἰδέναι τὴν ἐμεωϋτοῦ οὐσίην, ‘ ἀλλ’ ἐπιστάμενός τοι ἀτρεκέως καταλέ- ‘ ξω. ἐπεί τε γὰρ τάχιστά σε ἐπυθόμην ‘ ἐπὶ θάλασσαν καταβαίνοντα τὴν Ἑλ- ‘ ληνίδα, βουλόμενός τοι δοῦναι ἐς τὸν πό- ‘ λεμον χρήματα, ἐξέμαθον, καὶ εὗρον λο- ‘ γιζόμενος, ἀργυρίου μὲν δύο χιλιάδας ἐού-

‘ στας μοι ταλάντων, χρυσίου δὲ τετρακο-
‘ σίας μυριάδας στατήρων Δαρεικῶν, ἐπι-
‘ δεούσας ἑπτὰ χιλιαδέων· καὶ τούτοισί σε
‘ ἐγὼ δωρέομαι. αὐτῷ δέ μοι ἀπὸ ἀνδρα-
πόδων τε καὶ γεωπόδων ἐστὶ βίος. ὁ μὲν
ταῦτα ἔλεγε.

κθ΄. Ξέρξης δὲ ἡσθεὶς τοῖσι εἰρημένοισι,
εἶπε, ‘ Ξεῖνε Λυδὲ, ἐγὼ, ἐπεί τε ἐξῆλ-
‘ θον τὴν Περσίδα χώρην, οὐδενὶ ἀνδρὶ συν-
‘ έμιξα ἐς τόδε, ὅστις ἠθέλησε ξείνια προ-
‘ θεῖναι στρατῷ τῷ ἐμῷ, οὐδὲ ὅστις ἐς ὄψιν
‘ τὴν ἐμὴν καταστὰς, αὐτεπάγγελτος ἐς
‘ τὸν πόλεμον ἐμοὶ ἠθέλησε συμβαλέσθαι
‘ χρήματα, ἔξω σεῦ. σὺ δὲ καὶ ἐξείνισας
‘ μεγάλως στρατὸν τὸν ἐμὸν, καὶ χρήματα
‘ μεγάλα [f] ἐπαγγέλλεαι. σοὶ ὦν ἐγὼ ἀντὶ
‘ αὐτέων γέρεα τοιάδε δίδωμι, ξεῖνόν τέ
‘ σε ποιεῦμαι ἐμὸν, καὶ τὰς τετρακοσίας
‘ μυριάδας τοι τῶν στατήρων ἀποπλήσω
‘ παρ᾽ ἐμεωϋτοῦ, δοὺς τὰς ἑπτὰ χιλιάδας·
‘ ἵνα μήτοι ἐπιδεέες ἔωσι αἱ τετρακόσιαι

f Haec vox μεγάλα non est in MS.

Digitized by Google

'dem duo millia talentorum, auri vero 'quadragies centena millia ſtaterum Da-'ricorum, ſeptem millibus minus: quae 'tibi dono do.' nam mihi ipſi victus e mancipiis atque ex agricolis ſuppetit. Haec Pythius.

29. Quibus verbis delectatus Xerxes, 'Hoſpes Lyde, inquit, ego ex quo Per-'ſidem regionem egreſſus ſum, neminem 'adhuc nactus ſum qui in exercitum me-'um hoſpitalia officia exercere voluerit, 'aut qui in conſpectum meum veniens, 'ſua ſponte pecuniam mihi ad bellum 'conferret, praeter te; qui et exercitum 'meum magnifice hoſpitali comitate pro-'ſequutus es, et ingentem pecuniam pol-'liceris. Pro his viciſſim ego tibi ea de-'cora confero. Hoſpitem meum te fa-'cio: et iſta quadragies centena millia 'ſtaterum de meo ipſius explebo, datis 'ſeptem millibus: ne quadringentae my-

'riades destituantur septem chiliadibus,
'sed sit tibi e me suppleta summa solida.
'quaeque possedisti, ipse possideto, ac
'scito semper talem agere. nam ita agen-
'tem te, neque in praesens neque in pos-
'terum poenitebit.'

30. Haec loquutus, et quae dixerat exequutus, perrexit assidue progredi: praetergressusque urbem Phrygiam nomine Anaua, et stagnum ex quo conficitur sal, pervenit Colossas Phrygiae majus oppidum, ubi Lycus amnis hiatum terrae subiens occulitur, deinde fere quinque post stadia emergens, elabitur et ipse in Maeandrum. Movens autem e Colossis exercitus, venit ad confinia Phrygum ac Lydorum in oppidum Cydrara: ubi cippus defixus atque erectus a Croeso est, indicans litteris eos fines.

Digitized by Google

'μυριάδες ἑπτὰ χιλιαδέων, ἀλλ' ἧ τοι 'ἀπαρτιλογίη ὑπ' ἐμέο πεπληρωμένη. 'κέκτησό τε αὐτὸς τάπερ αὐτὸς ἐκτή-'σαο[a], ἐπίστασό τε εἶναι αἰεὶ τοιοῦτος. 'οὐ γάρ τοι ταῦτα ποιέοντι, οὔτε ἐς τὸ 'παρεὸν, οὔτε ἐς χρόνον μεταμελήσει.[b]'

λ'. Ταῦτα δὲ εἴπας, καὶ ἐπιτελέα ποιήσας, ἐπορεύετο αἰεὶ τοπρόσω. Αναυα δὲ καλεομένην Φρυγῶν πόλιν παραμειβόμενος, καὶ λίμνην, ἐκ τῆς ἅλες γίνονται, ἀπίκετο ἐς Κολοσσὰς, πόλιν μεγάλην Φρυγίης, ἐν τῇ Λύκος ποταμὸς ἐς χάσμα γῆς ἐσβάλλων ἀφανίζεται· ἔπειτα διὰ σταδίων ὡς μάλιστά κη πέντε ἀναφαινόμενος, ἐκδιδοῖ καὶ οὗτος ἐς τὸν Μαίανδρον. ἐκ δὲ Κολοσσέων ὁρμεώμενος ὁ στρατὸς ἐπὶ τοὺς οὔρους τῶν Φρυγῶν καὶ τῶν Λυδῶν, ἀπίκετο ἐς Κύδραρα[c] πόλιν· ἔνθα στήλη καταπεπηγυῖα, σταθεῖσα δὲ ὑπὸ Κροίσου, καταμηνύει διὰ γραμμάτων τοὺς οὔρους.

[a] κέκτησό τε αὐτὸς τάπερ ἐκτήσαο. [b] ἐς τὸ μέλλον μεταμελήσει. [c] Κύδρα.

λα΄. Ὡς δὲ ἐκ τῆς Φρυγίης ἐσέβαλε ἐς τὴν Λυδίην, σχιζομένης τῆς ὁδοῦ, καὶ τῆς μὲν ἐπ᾽ ἀριστερὴν, ἐπὶ Καρίην [d] φερούσης, τῆς δὲ ἐς δεξιὴν, ἐς Σάρδις, τῇ καὶ πορευομένῳ διαβῆναι τὸν Μαίανδρον ποταμὸν πᾶσα ἀνάγκη γίνεται, καὶ ἰέναι παρὰ Καλλάτηβον πόλιν, ἐν τῇ ἄνδρες δημιοεργοὶ ἐκ μυρίκης τε καὶ πυροῦ μέλι ποιεῦσι· ταύτην ἰὼν ὁ Ξέρξης τὴν ὁδὸν, εὗρε πλατάνιστον, τὴν κάλλεος εἵνεκα, δωρησάμενος κόσμῳ χρυσέῳ, καὶ μελεδωνῷ ἀθανάτῳ ἀνδρὶ ἐπιτρέψας, δευτέρῃ ἡμέρῃ ἀπίκετο ἐς τῶν Λυδῶν τὸ ἄστυ.

λβ΄. Απικόμενος δὲ ἐς Σάρδις, πρῶτα μὲν ἀπέπεμπε κήρυκας ἐς τὴν Ἑλλάδα, αἰτήσοντας γῆν τε καὶ ὕδωρ, καὶ προερέοντας δεῖπνα βασιλέϊ παρασκευάζειν. πλὴν οὔτε ἐς Αθήνας, οὔτε ἐς Λακεδαίμονα ἀπέπεμπε ἐπὶ γῆς αἴτησιν, τῇ δὲ ἄλλῃ πάντῃ. τῶν δὲ εἵνεκα τοδεύτερον ἀπέπεμπε ἐπὶ γῆν τε καὶ ὕδωρ· ὅσοι πρότερον οὐκ ἔπεμ-

d MS. μὲν ἐς ἀριστερὴν ἐπὶ Καρίης.

31. Ubi autem e Phrygia in Lydiam ventum eſt, ad divortia viarum, quarum ſiniſtra in Cariam fert, dextra Sardes: quam tenenti neceſſe eſt prorſus Maeandrum tranſire, urbemque Callatebum praeterire, in qua ſunt opifices mellis e myrica et tritico conficiendi: hanc viam tenens Xerxes, reperit platanum, quam ob pulchritudinem aureo monili donavit, eamque tuendam viro immortali delegavit: et ad urbem Lydorum altero die pervenit.

32. Poſtquam Sardes advenit, principio caduceatores dimiſit in Graeciam petitum terram et aquam; edictumque ut coenas regi inſtruerent. Sed neque Athenas neque Lacedaemonem dimiſit ad petitionem terrae, ſed prorſus in ceteras. Ea vero cauſſa dimittebat ſecunda vice ad terram et aquam; quia quotquot

Digitized by Google

haec ante Dario mittenti non miſerant, hos tunc perterritos omnino daturos arbitrabatur. Id igitur volens accurate explorare, miſit.

33. Secundum haec ſeſe apparabat tanquam Abydum profecturus, quum interea alii Helleſpontum ex Aſia in Europam jungerent. Eſt autem Cherſoneſi in Helleſponto, Seſtum inter et Madytum urbes, ora denſa, quae in mare procurrit e regione Abydi: ubi non longo poſt tempore ſub Xanthippo Ariphronis filio Athenienſium duce, Artayctem virum Perſam Seſti praefectum cepere, vivumque ſtipiti ſuffixerunt; qui in templum etiam Proteſilai quod eſt in Elaeunte adductis feminis nefanda perpetrabat.

34. Ad hanc oram ex Abydo progreſſi jungebant pontem ii quibus hoc munus erat delegatum: hinc Phoenices albo lino, illinc Aegyptii ſirpo. Eſt au-

Digitized by Google

ψαν Δαρείῳ πέμψαντι, τούτους πάγχυ ἐδόκεε τότε δείσαντας δώσειν· βουλόμενος ὦν αὐτὸ τοῦτο ἐκμαθεῖν ἀκριβῶς, ἔπεμπε.

λγʹ. Μετὰ δὲ ταῦτα, παρεσκευάζετο ὡς ἐλῶν ἐς Ἄβυδον· οἱ δὲ ἐν τούτῳ τὸν Ἑλλήσποντον ἐζεύγνυσαν ἐκ τῆς Ἀσίης ἐς τὴν Εὐρώπην. ἔστι δὲ τῆς Χερσονήσου τῆς ἐν Ἑλλησπόντῳ, Σηστοῦ τε πόλιος μεταξύ τε καὶ Μαδύτου, ἀκτὴ παχέα ἐς θάλασσαν κατήκουσα, Ἀβύδῳ καταντίον· ἔνθα μετὰ ταῦτα, χρόνῳ ὕστερον οὐ πολλῷ, ἐπὶ Ξανθίππου τοῦ Ἀρίφρονος, στρατηγοῦ Ἀθηναίων, Ἀρταΰκτην ἄνδρα Πέρσην λαβόντες Σηστοῦ ὕπαρχον, ζῶντα πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν· ὃς καὶ ἐς τοῦ Πρωτεσίλεω τὸ ἱρὸν τὸ ἐς Ἐλαιοῦντα ἀγινεόμενος γυναῖκας, ἀθέμιστα ἔρδεσκε[c].

λδʹ. Ἐς ταύτην ὦν τὴν ἀκτὴν ἐξ Ἀβύδου ὁρμεώμενοι, ἐγεφύρουν τοῖσι προσέκειτο· τὴν μὲν λευκολίνου, Φοίνικες· τὴν δ' ἑτέρην τὴν βυβλίνην, Αἰγύπτιοι. ἔστι δὲ ἑπτὰ

[c] ἀθέμιτα ἔργα ἔρδεσκε.

Digitized by Google

ϛάδια[a] ἐξ Ἀβύδȣ ἐς τὴν ἀπαντίον. καὶ δὴ ἐζευγμένȣ τȣ͂ πόρȣ, ἐπιγενόμενος χειμὼν μέγας συνέκοψέ τε ἐκεῖνα πάντα ϗ διέλυσε.

λε΄. Ὡς δ᾽ ἐπύθετο Ξέρξης, δεινὰ ποιεύμενος, τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάϛιγι πληγὰς, ϗ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδέων ζεῦγος. ἤδη δὲ ἤκȣσα ὡς ϗ ϛιγέας[b] ἅμα τȣ́τοισι ἀπέπεμψε ϛίξοντας τὸν Ἑλλήσποντον. ἐνετέλλετο δὴ ὦν ῥαπίζοντας, λέγειν βάρβαρά τε ϗ ἀτάσθαλα, ‘ Ω πικρὸν ὕδωρ ‘ καὶ ἁλμυρὸν[c], δεσπότης τοι δίκην ἐπι- ‘ τιθεῖ τήνδε, ὅτι μιν ἠδίκησας, ȣ̓δὲν πρὸς ‘ ἐκείνȣ ἄδικον παθόν. καὶ βασιλεὺς μὲν ‘ Ξέρξης διαβήσεταί σε, ἤν τε σύ γε βȣ́- ‘ λῃ, ἤν τε μή· σοὶ δὲ κατὰ δίκην ἄρα ȣ̓δεὶς[d] ‘ ἀνθρώπων θύει, ὡς ἐόντι καὶ δολερῷ τε ‘ καὶ ἁλμυρῷ ποταμῷ. τήν τε δὴ θάλασσαν ἐνετέλλετο τȣ́τοισι ζημιȣ͂ν, καὶ τῶν ἐπεϛεώτων τῇ ζεύξι τοῦ Ἑλλησπόντȣ

a MS. ϛάδιοι. b μαϛιγίας. c Hae duae voces ϗ ἁλμυρὸν non exſtant in MS. d ἄρα ὡς ȣ̓δεὶς.

tem ex Abydo ad oppoſitam continentem ſeptem ſtadiorum trajectus: quem pontibus junctum ingens adorta tempeſtas ea omnia contudit atque diſſolvit.

35. Quod quum audiſſet Xerxes, indigne ferens, juſſit trecenta Helleſponto verbera flagello infligi, et in pelagus par compedum demitti. Jam vero audivi miſiſſe quoque cum his tortores, ſtigmata Helleſponto inuſturos. Certe mandavit ut flagellantes eum dicerent barbara ac veſana, 'O aqua amara, dominus hanc 'tibi irrogat poenam quod eum laeſiſti, 'qui de te nihil male meritus erat. Te 'tamen rex Xerxes, velis noliſve, tranſ'mittet: meritoque nemo hominum tibi 'ſacrificat, ut doloſo et ingratae ſalſugi'nis flumini.' Hac poena mare Xerxes plecti juſſit, atque eis qui praepoſiti jun-

Digitized by Google

gendo Hellesponto erant, capita praecidi.

36. Et quidem ista fecerunt ii quibus hic ingratus honor propositus erat. At alii architecti illos junxerunt. Junxerunt autem hoc modo: quinquaginta remorum naves triremesque trecentas sexaginta Euxinum versus Pontum composuere: item ab altero latere trecentas quatuordecim, Ponto quidem transversas, Hellesponto autem secundum fluxum, ut laxa esset fluitatio intentionis armamentorum. Quibus compositis, praegrandes ancoras demiserunt, partim ab latere contra Pontum, ventorum caussa qui intrinsecus exspirant: partim ab altero contra occasum et Aegaeum, euri et austri caussa: relicto sub lumen navium L remorum transitu tribus in locis: ut qui vellet in Pontum minutis navigiis et ex Ponto navigare posset. His actis, intenderunt armamenta a terra torquentes asinis lig-

Digitized by Google

ἀποταμεῖν τὰς κεφαλάς.

λϛ'. Καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἐποίεον τοῖσι προσέκειτο αὕτη ἡ ἄχαρις τιμή· τὰς δὲ ἄλλοι ἀρχιτέκτονες ἐζεύγνυσαν. ἐζεύγνυσαν δὲ ὧδε· πεντηκοντέρους καὶ τριήρεας συνθέντες, ὑπὸ μὲν τὴν πρὸς τοῦ Εὐξείνου Πόντου, ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας· ὑπὸ δὲ τὴν ἑτέρην τεσσαρεσκαίδεκα καὶ τριηκοσίας, τοῦ μὲν [c] Πόντου, ἐπικαρσίας· τοῦ δὲ Ἑλλησπόντου, κατὰ ῥόον, ἵνα ἀνακωχεύῃ τὸν τόνον τῶν ὅπλων. συνθέντες δὲ, ἀγκύρας κατῆκαν περιμήκεας, τὰς μὲν πρὸς τοῦ Πόντου τῆς ἑτέρης, τῶν ἀνέμων εἵνεκα τῶν εἴσωθεν ἐκπνεόντων· τῆς δὲ ἑτέρης τῆς πρὸς ἑσπέρης τε καὶ τοῦ Αἰγαίου, εὔρου τε καὶ νότου εἵνεκα. διέκπλοον δὲ ὑπόφαυσιν κατέλιπον τῶν πεντηκοντέρων, καὶ τριχοῦ, ἵνα καὶ ἐς τὸν Πόντον ἔχῃ ὁ βουλόμενος πλέειν πλοίοισι λεπτοῖσι, καὶ ἐκ τοῦ Πόντου ἔξω. ταῦτα δὲ ποιήσαντες, κατέτεινον ἐκ γῆς, στρεβλοῦντες ὄνοισι [f] ξυλίνοισι,

[c] ἑξήκοντά τε καὶ τριηκοσίας· τοῦ μέν. [f] ὄνυξι.

τὰ ὅπλα· οὐκέτι χωρὶς ἑκάτερα τάξαντες, ἀλλὰ δύο μὲν λευκολίνου δασάμενοι ἐς ἑκατέρην, τέσσερα δὲ τῶν βυβλίνων. παχύτης μὲν ἦν αὐτή, καὶ καλλονή. κατὰ λόγον δὲ ἦν ἐμβριθέστερα τὰ λίνεα, τοῦ τάλαντον ὁ πῆχυς εἷλκε. ἐπειδὴ [f] δὲ ἐγεφυρώθη ὁ πόρος, κορμοὺς ξύλων καταπρίσαντες, καὶ ποιήσαντες ἴσους τῆς σχεδίης τῷ εὔρεϊ, κόσμῳ ἐπετίθεσαν κατύπερθε [g] τῶν ὅπλων τοῦ τόνου. θέντες δὲ ἐπεξῆς, ἐνθαῦτα αὖτις ἐπεζεύγνυον. ποιήσαντες δὲ ταῦτα, ὕλην ἐπεφόρησαν· κόσμῳ δὲ θέντες καὶ τὴν ὕλην, γῆν ἐπεφόρησαν. κατανάξαντες δὲ καὶ τὴν γῆν, φραγμὸν παρείρυσαν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἵνα μὴ φοβέηται τὰ ὑποζύγια τὴν θάλασσαν ὑπερορῶντα, καὶ οἱ ἵπποι.

λζ΄. Ὡς δὲ τά τε τῶν γεφυρέων κατεσκεύαστο, καὶ τὰ περὶ τὸν Ἄθων, οἵ τε χυτοὶ περὶ τὰ στόματα τῆς διώρυχος, οἳ τῆς ῥηχίης εἵνεκεν ἐποιήθησαν, ἵνα μὴ πίμπληται [h] τὰ στόματα τοῦ ὀρύγματος,

[f] ἐπεὶ δὲ. [g] MS. κόσμῳ ἐτίθεσαν καὶ ὕπερθε. [h] μὴ ἐμπιπλῆται.

neis, non jam ſeparatim utraque ordinantes, ſed bina ex albo lino partientes in utramque, quaterna e byblo. haec quidem erat craſſitudo et ſpecies: ſed prout ratio dictat, linea erant robuſtiora, quorum cubitus talentum pendebat. Porro trajectu pontibus juncto, truncos lignorum ſerra diſciſſos et ad latitudinem pontis adaequatos apte impoſuerunt ſuper armamenta intenta. Hos ubi gradatim poſuerunt, tum ibi rurſus ſuperjunxerunt. Quod poſteaquam fecere, materiam intulerunt concinneque impoſuerunt, deinde terram importarunt: qua complanata ſepem hinc atque hinc, ne maris aſpectu jumenta et equi terrerentur, praetenderunt.

37. Perfectis iis quae ad pontes pertinent, quum et opera circa Athon, item aggeres ad ora foſſae jacti propter aeſtum maris, ne ipſa ora alvei implerentur, at-

Digitized by Google

que etiam ipſa foſſa penitus perfecta nunciaretur: Sardibus, ubi hybernaverat, ineunte vere inſtructus exercitus profectus eſt Abydum verſus. cui moventi ſol ſuam in coelo ſedem relinquens apparere deſiit, quum nullae nubes, verum ſereniſſimus aër eſſet: et pro die nox extitit. Id animadvertenti Xerxi quum cura inceſſiſſet percontandi magos quid oſtentum id vellet portendere, illi reſponderunt, deum praeſignificare Graecis civitatum defectum: quod dicerent, ſolem, Graecorum; lunam, ipſorum eſſe praeſidem. Ea re audita Xerxes majorem in modum laetatus ire pergebat.

38. Quem procedentem adiens Pythius Lydus coeleſti oſtento perterritus, elato animo propter munera his verbis alloquutus eſt; ‘ Domine, indulgeas quid ‘ quod impetrare cupio, tibi leve conceſ-

Digitized by Google

κὴ αὐτὴ ἡ διώρυξ παντελέως πεποιημένη ἀγγέλλετο, ἐνθαῦτα χειμερίσας, ἅμα τῷ ἔαρι παρεσκευασμένος ὁ στρατὸς, ἐκ τῶν Σαρδίων ὡρμᾶτο ἐλῶν ἐς Ἄβυδον· ὡρμημένῳ δέ οἱ, ὁ ἥλιος ἐκλιπὼν τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἕδρην, ἀφανὴς ἦν, οὔτ' ἐπινεφέλων ἐόντων, αἰθρίης τε τὰ μάλιστα· ἀντὶ ἡμέρης τε, νὺξ ἐγένετο. ἰδόντι δὲ κὴ μαθόντι τοῦτο τῷ Ξέρξῃ ἐπιμελὲς ἐγένετο· καὶ εἴρετο τοὺς μάγους τὸ θέλει προφαίνειν τὸ φάσμα. οἱ δὲ ἔφασαν ὡς Ἕλλησι προδεικνύει ὁ θεὸς ἔκλειψιν τῶν πολίων· λέγοντες ἥλιον εἶναι Ἑλλήνων προδέκτορα, σελήνην δὲ, σφέων. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Ξέρξης, περιχαρὴς ἐὼν, ἐποιέετο τὴν ἐξέλασιν.

λη΄. Ὡς δ' ἐξήλαυνε τὴν στρατιὴν, Πύθιος ὁ Λυδὸς καταῤῥωδήσας τὸ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ φάσμα, ἐπαρθείς τε τοῖσι δωρήμασι, ἐλθὼν παρὰ Ξέρξεα, ἔλεγε τάδε, ‘ Ω δέσποτα, χρήσαις ἄν τι τεῦ βουλοίμην τυχεῖν, τὸ σοὶ μὲν ἐλαφρὸν τυγχάνει ἐὸν

[a] ἐπὶ νεφέων ἰόντων.

‘ ὑπουργῆσαι, ἐμοὶ δὲ μέγα γενόμενον;’ Ξέρξης δὲ πᾶν μᾶλλον δοκέων μιν χρήσειν ἢ τὸ ἐδεήθη, ἔφη τε ὑπουργήσειν, καὶ δὴ ἀγορεύειν ἐκέλευε ὅτευ δέοιτο. ὁ δὲ, ἐπεί τε ταῦτα ἤκουσε, ἔλεγε θαρσήσας τάδε, ‘ Ὦ ‘ δέσποτα, τυγχάνουσί μοι παῖδες ἐόντες ‘ πέντε, καί σφεας καταλαμβάνει πάν‘ τας ἅμα σοὶ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλ‘ λάδα. σὺ δὲ ὦ βασιλεῦ, ἐμὲ ἐς τόδε ἡ‘ λικίης ἥκοντα οἰκτείρας, τῶν μοι παίδων ‘ ἕνα παράλυσον τῆς στρατιῆς τὸν πρεσβύ‘ τατον, ἵνα αὐτοῦ τε ἐμεῦ καὶ τῶν χρη‘ μάτων ᾖ μελεδωνός· τοὺς δὲ τέσσερας ἄγε ‘ ἅμα σεωϋτῷ· καὶ πρήξας τὰ νοέεις, νο‘ στήσειας ὀπίσω.’

λθ′. Κάρτα τε ἐθυμώθη ὁ Ξέρξης, καὶ ἀμείβεται [b] τοῖσδε, ‘ Ὦ κακὲ ἄνθρωπε, σὺ ‘ ἐτόλμησας ἐμεῦ στρατευομένου αὐτοῦ ἐπὶ ‘ τὴν Ἑλλάδα, καὶ ἄγοντος παῖδας ἐμοὺς ‘ καὶ ἀδελφεοὺς καὶ οἰκηΐους καὶ φίλους, μνήσα‘ σθαι περὶ σέο παιδὸς, ἐὼν ἐμὸς δοῦλος·

[b] ἀμείβετο.

'ſu, ſed mihi pro magno futurum?' Xerxes nihil non potius, quàm petebat, illum petiturum ratus, ſe indulturum reſpondit, et ut peteret proloqui juſſit. Pythius ubi hoc audivit, ſumpta fiducia, 'Domine, 'inquit, quinque mihi filii ſunt, quos 'omnes contingit in militiam tecum ire 'adverſus Graeciam: horum unum tu 'quaeſo, rex, miſertus mei qui huc pro- 'ceſſi aetatis, dimitte ab militia eum, qui 'natu eſt maximus: ut et mei ipſius et 'cenſus curam gerat; quatuor tecum 'ducas. ita confectis quae in animo ha- 'bes, rurſus revertaris!'

39. Rex ob id admodum indignatus, his verbis reſpondit, 'Homo improbe, 'tune, quum ego ipſe in expeditionem 'eam adverſus Graeciam, filioſque meos 'et fratres et domeſticos et amicos du- 'cam, auſus es mentionem filii tui fa- 'cere, qui meus es ſervus, quem oporte-

Digitized by Google

'bat cum omni ſamilia et ipſa uxore me 'comitari? Probe nunc diſcito hoc, animum in hominum habitare auribus. 'Qui bona quum audivit, corpus voluptate implet: qui his contraria, is exacerbatur. Tu itaque quum bene feciſti, et alia ejuſdem generis promiſiſti, 'non gloriaris te ſupergreſſum eſſe regem munificentia: quum vero ad impudentiora converſus es, non tu quidem 'pro merito, ſed minora quam pro merito accipies. nam te et quatuor filios 'liberant hoſpitalia munera: unius autem 'quem praecipue complecteris, damno 'mulctabere.' Haec quum reſpondiſſet, ſubito imperavit iis quibus delegatum erat iſta exequi, ut maximum natu filiorum Pythii inventum diſcinderent medium: ejuſque diſciſſi dimidium ad dexteram viae, et dimidium ad ſiniſtram diſponerent, et illac tranſiret exercitus.

Digitized by Google

‘ τὸν χρῆν πανοικίῃ αὐτῇ γυναικὶ συνέ-
‘ πεσθαι; εὖ νῦν τόδ’ ἐξεπίστασο, ὡς ἐν
‘ τοῖσι ὠσὶ τῶν ἀνθρώπων οἰκέει ὁ θυμός·
‘ ὃς χρηστὰ μὲν ἀκούσας, τέρψιος ἐμπι-
‘ πλέει τὸ σῶμα· ὑπεναντία δὲ τούτοισι
‘ ἀκούσας, ἀνοιδέει[c]. ὅτε μέν νυν χρηστὰ
‘ ποιήσας ἕτερα τοιαῦτα ἐπηγγέλλεο,
‘ εὐεργεσίῃσι βασιλῆα οὐ καυχήσεαι ὑπερ-
‘ βαλέσθαι· ἐπεί τε δὲ ἐς τὸ ἀναιδέστερον
‘ ἐτράπεο, τὴν μὲν ἀξίην οὐ λάμψεαι, ἐ-
‘ λάσσω δὲ τῆς ἀξίης. σὲ μὲν γὰρ καὶ τοὺς
‘ τέσσερας τῶν παίδων ῥύεται τὰ ξείνια·
‘ τοῦ δὲ ἑνὸς τοῦ περιέχεαι μάλιστα, τὴν
‘ ψυχὴν ζημιώσεαι.’ ὡς δὲ ταῦτα ὑπε-
κρίνατο, αὐτίκα ἐκέλευε τοῖσι προσετέ-
τακτο ταῦτα πρήσσειν, τῶν Πυθίου παί-
δων ἐξευρόντας τὸν πρεσβύτατον, μέσον
διαταμεῖν· διαταμόντας δὲ, τὰ ἡμίτομα
διαθεῖναι, τὸ μὲν, ἐπὶ τὰ δεξιὰ τῆς ὁδοῦ,
τὸ δ’, ἐπ’ ἀριστερά· καὶ ταύτῃ διεξιέναι
τὸν στρατόν.

[c] τούτοισι, ἀνοιδέει.

μʹ. Ποιησάντων δὲ τουτέων τοῦτο[d], μετὰ ταῦτα διεξήιε ὁ στρατός. ἡγέοντο δὲ πρῶτοι μὲν οἱ σκευοφόροι τε καὶ τὰ ὑποζύγια· μετὰ δὲ τούτους, σύμμικτος[e] στρατὸς παντοίων ἐθνέων ἀναμὶξ, οὐ διακεκριμένοι· τῇ δὲ ὑπερημίσεες ἔσαν, ἐνθαῦτα διελέλειπτο, καὶ οὐ συνέμισγον[f] οὗτοι βασιλέϊ. προηγεῦντο μὲν δὴ ἱππόται[g] χίλιοι, ἐκ Περσέων πάντων ἀπολελεγμένοι, μετὰ δὲ αἰχμοφόροι χίλιοι καὶ οὗτοι ἐκ πάντων ἀπολελεγμένοι, τὰς λόγχας κάτω ἐς τὴν γῆν τρέψαντες· μετὰ δὲ, ἱροὶ Νισαῖοι καλεόμενοι ἵπποι δέκα, κεκοσμημένοι ὡς κάλλιστα. Νισαῖοι δὲ καλέονται ἵπποι ἐπὶ τοῦδε· ἔστι πεδίον μέγα τῆς Μηδικῆς τῷ οὔνομά ἐστι Νίσαιον· τοὺς ὦν δὴ ἵππους τοὺς μεγάλους φέρει τὸ πεδίον τοῦτο. ὄπισθεν δὲ τουτέων τῶν δέκα ἵππων, ἅρμα Διὸς ἱρὸν ἐπετέτακτο, τὸ ἵπποι μὲν εἷλκον λευκοὶ ὀκτώ. ὄπισθε δὲ τῶν ἵππων εἵπετο πεζῇ ἡνίοχος, ἐχόμενος τῶν χαλινῶν. οὐδεὶς

d Vox haec τοῦτο abest ab MS. e Vox ista σύμμικτος non legitur in MS. f MS. συνέσμιγον. g μὲν γὰρ ἱππόται.

40. Hoc illi ubi exequuti ſunt, illac exercitus pertranſivit. In quo praecedebant ii qui ſarcinas portabant et impedimenta. Poſt hos omnigenarum gentium non diſtinctae ſed promiſcuae copiae, numero ultra dimidium exercitus. Poſt has intercedebat intervallum: neque enim iſti cum rege miſcebantur. Praecedebant mille equites e Perſis omnibus delecti: ſecundum hos totidem haſtati, et ii delecti ex omnibus, verſis deorſum in terram ſpiculis. Poſt hos ſacri equi decem quam pulcherrime ornati, qui Niſaei dicuntur, ideo ſic dicti, quod eſt ingens Medicae regionis campus nomine Niſaeus, qui grandes fert equos. Hos decem equos ſequebatur ſacer Jovis currus, quem octo equi albi trahebant, pone auriga comitante, qui pedibus ingrediens habenas

Digitized by Google

tenebat, hanc enim ſellam nemo morta-lium inſcendit. Poſt quem ipſe Xerxes in curru equorum Niſaeorum, ad latus incedente auriga, cui nomen erat Pati-ramphes, Otanis filius, viri Perſae.

41. Hunc quidem in modum Sardi-bus exceſſit Xerxes: ſed e curru, quoties ratio exigebat, in eſſedum tranſcendebat. Eum ſequebantur haſtati Perſarum opti-mi ac nobiliſſimi mille, e more ſpicula geſtantes. Poſt hos alius delectus equi-tatus mille Perſarum. Dehinc e ceteris Perſis decem millia peditum delecta, quo-rum mille in haſtis pro imis cuſpidibus geſtabant mala punica aurea, et reliquos undique includebant; at novem millia ſic ab eis circumdata habebant argentea ma-la punica; ſed et aurea mala punica ha-bebant illi, quorum terram verſus ſpecta-bant ſpicula: etiam mala, ii qui Xerxem

Digitized by Google

γὰρ δὴ ἐπὶ τοῦτον τὸν θρόνον ἀνθρώπων ἀναβαίνει. τούτου δὲ ὄπισθεν αὐτὸς Ξέρξης ἐπ' ἅρματος ἵππων Νισαίων· παρεβεβήκεε δέ οἱ ἡνίοχος, τῷ οὔνομα ἦν Παλιράμφης, Οτάνεω παῖς, ἀνδρὸς Πέρσεω.

μα'. Εξήλασε μὲν δὴ οὕτω ἐκ Σαρδίων Ξέρξης· μετεκβαίνεσκε δὲ, ὅκως μιν ὁ λόγος αἱρέοι, ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς ἁρμάμαξαν. αὐτοῦ δὲ ὄπισθεν αἰχμοφόροι Περσέων οἱ ἄριστοί τε καὶ γενναιότατοι, χίλιοι, κατὰ νόμον τὰς λόγχας ἔχοντες. μετὰ δὲ, ἵππος ἄλλη χιλίη ἐκ Περσέων ἀπολελεγμένη. μετὰ δὲ τὴν ἵππον, ἐκ τῶν λοιπῶν Περσέων ἀπολελεγμένοι μύριοι. οὗτος πεζὸς ἦν. καὶ τουτέων χίλιοι μὲν ἐπὶ τοῖσι δόρασι οἳ ἀντὶ τῶν σαυρωτήρων ῥοιὰς εἶχον χρυσέας, καὶ πέριξ συνέκληον τοὺς ἄλλους· οἱ δὲ εἰνακισχίλιοι ἐντὸς τουτέων ἐόντες, ἀργυρέας ῥοιὰς εἶχον· εἶχον δὲ χρυσέας ῥοιὰς καὶ οἱ εἰς τὴν γῆν τρέποντες τὰς λόγχας, καὶ μῆλα, οἱ ἄγχιστα ἑπόμενοι

Digitized by Google

Ξέρξῃ. τοῖσι δὲ μυρίοισι ἐπετέτακτο ἵππος Περσέων μυρίη. μετὰ δὲ τὴν ἵππον διέλειπε καὶ δύο σταδίους, καὶ ἔπειτα ὁ λοιπὸς ὅμιλος ἤϊε ἀναμίξ.

μβ'. Ἐποιέετο δὲ τὴν ὁδὸν ἐκ τῆς Λυδίης ὁ στρατὸς ἐπί τε ποταμὸν Κάϊκον καὶ τὴν γῆν Μυσίην· ἀπὸ δὲ Καΐκου ὁρμεώμενος, Κάνης ὄρος ἔχων ἐν ἀριστερῇ, διὰ τοῦ Ἀταρνέος ἐς Καρίνην[a] πόλιν. ἀπὸ δὲ ταύτης, διὰ Θήβης πεδίου ἐπορεύετο, Ἀδραμύττειόν τε πόλιν καὶ Ἄντανδρον τὴν Πελασγίδα παραμειβόμενος. τὴν Ἴδην δὲ λαβὼν ἐς ἀριστερὴν χέρα, ἤϊε ἐς τὴν Ἰλιάδα γῆν. καὶ πρῶτα μέν οἱ ὑπὸ τῇ Ἴδῃ νύκτα ἀναμείναντι βρονταί τε καὶ πρηστῆρες ἐπεισπίπτουσι, καί τινα αὐτοῦ ταύτῃ συχνὸν ὅμιλον διέφθειραν. ἀπικομένου δὲ τοῦ στρατοῦ ἐπὶ ποταμὸν Σκάμανδρον, ὃς πρῶτος ποταμῶν, ἐπεί τε ἐκ Σαρδίων ὁρμηθέντες ἐπεχείρησαν τῇ ὁδῷ, ἐπέλιπε[b] τὸ ῥέεθρον, οὐδ' ἀπέχρησε τῇ στρατιῇ τε καὶ τοῖσι

a MS. Κάρνην. b ἀπέλιπε.

Digitized by Google

proxime ſequebantur. Haec decem millia ordine ſubſequebatur equitatus e decem millibus Perſarum. Relicta poſt hos duorum ſtadiorum intercapedine, mox ibat cetera multitudo promiſcue.

42. Ita exercitus e Lydia perrexit ad flumen Caicum et regionem Myſiam: a Caico autem a laeva habens montem Canae, per Atarnem ad urbem Carinam. Ab hac per campum Thebae, urbem Adramyttium et Antandrum Pelaſgidem praetergrediens, et Idam ad ſiniſtram manum ſtringens, ad terram Ilienſem pervenit. cui primùm ſub Ida noctem agenti, tonitrua et fulgura ingruerunt, et complures ibidem ex eo exercitu occiderunt. Deinde ad Scamandrum eſt ventum, quem fluviorum primum, ex quo iter e Sardibus fieri coeptum eſt, aqua deſtituit, nec hominibus jumentiſque po-

Digitized by Google

tantibus ſuffecit.

43. Ad iſtum amnem Xerxes poſtquam pervenit, Priami Pergamum aſcendit, loci viſendi cupidus. Quod ubi contemplatus eſt, et ſingula quaeque eorum audivit, Minervae Iliadi mille boves immolavit: ſed et libamina Magi heroibus dederunt. His actis terror per noctem exercitum invaſit. Simulatque illuxit, illinc movit, a laeva ſtringens Rhoetion urbem, et Ophryneon, et Dardanon, quae Abydo contermina eſt: a dextra, Gergithas et Teucros.

44. Ubi in mediam Abydon venerunt, Xerxi inceſſit cupido omnem exercitum oculis ſubjiciendi. itaque in exedra prominente, quam ei Abydeni prius ab illo juſſi e candido lapide in tumulo induſtrie extruxerant, reſidebat proſpiciens et in litore ſpectabat pedeſtres copias atque claſſem. Quam dum intuetur, ſubiit

Digitized by Google

κτήνεσι πινόμενος.

μγ΄. Επὶ τοῦτον δὴ τὸν ποταμὸν ὡς ἀπίκετο Ξέρξης, ἐς τὸ Πριάμου Πέργαμον ἀνέβη, ἵμερον ἔχων θεήσασθαι. θεησάμενος δὲ, καὶ πυθόμενος κείνων ἕκαστα, τῇ Ἀθηναίῃ τῇ Ἰλιάδι ἔθυσε βοῦς χιλίας· χοὰς δὲ οἱ μάγοι τοῖσι ἥρωσι ἐχέαντο. ταῦτα δὲ ποιησαμένοισι, νυκτὸς φόβος ἐς τὸ στρατόπεδον ἐνέπεσε. ἅμα ἡμέρῃ δὲ ἐπορεύετο ἐνθεῦτεν, ἐν ἀριστερῇ μὲν ἀπέργων Ῥοίτειον πόλιν καὶ Ὀφρύνειον, καὶ Δάρδανον, ἥπερ δὴ Ἀβύδῳ ὅμουρός ἐστι· ἐν δεξιῇ δὲ, Γεργιθάς τε καὶ Τευκρούς.

μδ΄. Επεὶ δ᾽ ἐγένοντο ἐν Ἀβύδῳ μέσῃ, ἠθέλησε Ξέρξης ἰδέσθαι πάντα τὸν στρατὸν, καὶ προεπεποίητο γὰρ ἐπὶ κολωνοῦ ἐπίτηδες αὐτῷ ταύτῃ προεξέδρη λίθου λευκοῦ· ἐποίησαν δὲ Ἀβυδηνοὶ, ἐντειλαμένου πρότερον βασιλῆος. ἐνθαῦτα, ὡς ἵζετο κατορῶν, ἐπὶ τῆς ἠϊόνος ἐθηεῖτο καὶ τὸν πεζὸν καὶ τὰς νέας· θηεύμενος δὲ, ἱμέρθη τῶν

Digitized by Google

νεῶν ἅμιλλαν γενομένην ἰδέσθαι. ἐπεὶ δ' ἐγένετό τε καὶ ἐνίκων Φοίνικες Σιδώνιοι, ἥσθη τε τῇ ἁμίλλῃ καὶ τῇ στρατιῇ.

με'. Ὡς δὲ ὥρα πάντα μὲν τὸν Ἑλλήσποντον ὑπὸ τῶν νεῶν ἀποκεκρυμμένον, πάσας δὲ τὰς ἀκτὰς καὶ τὰ Ἀβυδηνῶν πεδία ἐπίπλεα ἀνθρώπων, ἐνθαῦτα Ξέρξης ἑωϋτὸν ἐμακάρισε· μετὰ δὲ τοῦτο, ἐδάκρυσε.

μϛ'. Μαθὼν δέ μιν Ἀρτάβανος ὁ πάτρως, ὃς τοπρῶτον γνώμην ἀπεδέξατο ἐλευθέρως οὐ συμβουλεύων Ξέρξῃ στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα· οὗτος ὡνὴρ φρασθεὶς Ξέρξεα δακρύσαντα, εἴρετο τάδε, 'Ὦ βασιλεῦ, ὡς πολὺ ἀλλήλων κεχωρισμένα ἐργάσαο νῦν τε καὶ ὀλίγῳ πρότερον. μακαρίσας γὰρ σεωϋτὸν, δακρύεις.' ὁ δὲ εἶπε, 'Ἐπῆλθε γάρ με λογισάμενον κατοικτεῖραι ὡς βραχὺς εἴη ὁ πᾶς ἀνθρώπινος βίος, εἰ τουτέων γε ἐόντων τοσούτων, οὐδεὶς ἐς ἑκατοστὸν ἔτος

eum cupiditas ſpectandi navale certamen. Id certamen poſtquam commiſſum eſt, in quo Phoenices Sidonii vicere, voluptatem Xerxes cepit, cum certaminis, tum copiarum ſpectaculo.

45. Et quum intueretur omnem Helleſpontum navibus obductum, omnia vero litora atque Abydenorum campos hominibus refertos, ibi ſe beatum eſſe jactavit, et poſt haec lacrymas fudit.

46. Sed animadvertens Artabanus eum patruus, qui primo libere ſententiam protulerat diſſuadens bellum Graeciae inferendum, hic vir conſiderans Xerxem lacrymantem, his verbis alloquebatur, 'Quam valde diverſa, rex, inter ſe 'nunc facis et paulo ante: nam qui te 'beatum eſſe dixeras, nunc lacrymas fun-'dis.' Et ille, 'Reputantem me, inquit, 'quam brevis ſit omnis humana vita, 'ſubiit horum miſeratio; quorum, quum

Digitized by Google

'tot ſint, nemo ad centeſimum annum 'ſupererit.' Excipiens Artabanus, 'At- 'qui, inquit, alia, quam iſtud eſt, vivendo 'miſerabiliora patimur. Nam in tam 'brevi vita nullus hominum adeo felix 'extitit, neque horum neque aliorum, 'cui non crebro, nedum ſemel, ſubitura 'ſit animo moriendi voluntas potius quam 'vivendi. Incidunt enim calamitates et 'morbi perturbant: efficiuntque ut quum 'vita brevis ſit, tamen perlonga videatur. 'Ita mors optatiſſimum eſt perfugium 'aerumnoſae vitae; ſed deus, dulce guſ- 'tans ſaeculum, in eo invidus eſſe depre- 'henditur.'

47. Cui Xerxes, 'Artabane, inquit, 'de humana quidem vita, cujus conditio 'talis eſt qualem tu exponis, commemo- 'rare ſuperſedeamus: neque triſtium me- 'minerimus, quum jucunda in manibus 'habeamus. Hoc mihi potius ediſſere:

'περιέσται.' ὁ δὲ ἀμείβετο λέγων, ''Ετερα τούτου παρὰ τὴν ζόην πεπόνθαμεν οἰκτρότερα [c]. ἐν γὰρ οὕτω βραχέϊ βίῳ οὐδεὶς οὕτω ἄνθρωπος ἐὼν εὐδαίμων πέφυκε, οὔτε τουτέων, οὔτε τῶν ἄλλων, τῷ οὐ παραστήσεται πολλάκις, καὶ οὐκὶ ἅπαξ, τεθνάναι βούλεσθαι μᾶλλον ἢ ζώειν [d]. αἵ τε γὰρ συμφοραὶ προσπίπτουσαι, καὶ αἱ νοῦσοι συνταράσσουσαι, καὶ βραχὺν ἐόντα, μακρὸν δοκέειν εἶναι ποιεῦσι τὸν βίον. οὕτω ὁ μὲν θάνατος, μοχθηρῆς ἐούσης τῆς ζόης, καταφυγὴ αἱρετωτάτη τῷ ἀνθρώπῳ γέγονε· ὁ δὲ θεὸς, γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα, φθονερὸς ἐν αὐτῷ εὑρίσκεται ἐών.'

μζ. Ξέρξης δὲ ἀμείβετο λέγων, 'Αρτάβανε, βιοτῆς μέν νυν ἀνθρωπηΐης πέρι, ἐούσης τοιαύτης οἵηνπερ σὺ [e] διαιρέεαι εἶναι, παυσώμεθα, μηδὲ κακῶν μεμνώμεθα, χρηστὰ ἔχοντες πρήγματα ἐν χερσί. Φράσον δέ μοι τόδε, εἴ τοι ἡ

[c] οἰκτότερα. [d] ζῆν. [e] οἵην σύ.

‘ ὄψις τοῦ ἐνυπνίου μὴ ἐναργὴς οὕτω ἐφά-
‘ νη, εἶχες ἂν τὴν ἀρχαίην γνώμην, οὐκ
‘ ἐῶν με στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα,
‘ ἢ μετέστης ἄν;’ φέρε μοι τοῦτο ἀτρεκέως
εἰπέ. ὁ δὲ ἀμείβετο λέγων, ‘ Ὦ βασι-
‘ λεῦ, ὄψις μὲν ἡ ἐπιφανεῖσα τοῦ ὀνείρου,
‘ ὡς βουλόμεθα ἀμφότεροι τελευτήσειε·
‘ ἐγὼ δ’ ἔτι καὶ ἐς τόδε δείματός εἰμι
‘ ὑπόπλεος, οὐδ’ ἐντὸς ἐμεωϋτοῦ· ἄλλα τε
‘ πολλὰ ἐπιλεγόμενος, καὶ δὴ καὶ ὁρέων
‘ τοι δύο[f] τὰ μέγιστα πάντων ἐόντα τοι
‘ πολεμιώτατα.’

μη΄. Ξέρξης δὲ πρὸς ταῦτα ἀμείβετο τοῖσδε, ‘ Δαιμόνιε ἀνδρῶν, κοῖα ταῦτα
‘ λέγεις μοι εἶναι δύο πολεμιώτατα; κό-
‘ τερά τοι ὁ πεζὸς μεμπτὸς κατὰ τὸ πλῆ-
‘ θός ἐστι, καὶ τὸ Ἑλληνικὸν στράτευμα
‘ φαίνεται πολλαπλήσιον ἔσεσθαι τοῦ
‘ ἡμετέρου; ἢ τὸ ναυτικὸν τὸ ἡμέτερον
‘ λείψεσθαι τοῦ ἐκείνων; ἢ καὶ συναμ-
‘ φότερα ταῦτα; εἰ γάρ τοι ταύτῃ ἐν-

f ὁρέων δύο.

Digitized by Google

'nisi tibi ita evidens insomnii visio fuisset oblata, perstaresne adhuc in priore sententia, dissuadens mihi adversus Graeciam bellum? an eam desereres?' agedum aperte hoc mihi dicito. Ei respondens Artabanus, 'Visio, inquit, rex, quae in somnis objecta est, ad votum succedat amborum! ego autem adhuc adeo metu perculsus sum, ut non sim apud me; etiam mecum reputans alia multa, tum quoque duo, omnium maxima, videns tibi summopere hostilia.'

48. Ad haec haec Xerxes, 'Divine vir, inquit, quaenam ista ais duo mihi summopere hostilia esse? utrum terrestris exercitus tibi improbandus est, tanquam non satis copiosus? et multo numerosior ille Graecus futurus esse nostro videtur? an classis, tanquam illorum classe inferior? an haec ambo? Nam si ob

Digitized by Google

'hoc imbecilliores tibi videntur nostrae 'res, celerrime alterum quis exercitum 'comparet.'

49. Respondit Artabanus, 'Neque 'hunc, Rex, exercitum improbaverit 'quisquam, qui sit mentis compos; ne- 'que hanc navium multitudinem. Si 'vero plures coëgeris, quae duo dico, 'erunt tibi multo magis hostilia. Ea 'vero duo sunt, terra et mare. neque 'enim usquam maris portus est ejusmodi, '(ut ego conjecto) qui surgente tempe- 'state sit capax hujus tuae classis, idone- 'usque ad eam tutandam: neque vero 'unum illum portum esse oportet, sed 'per universam continentem, quam prae- 'terveharis. Itaque quum portus tibi op- 'portuni desint, intellige homines in ar- 'bitrio fortuitorum, non fortuita in arbi- 'trio hominum esse. Et sic e duobus 'uno exposito, pergo dicere alterum:

‘ δεέστερα φαίνεται εἶναι τὰ ἡμέτερα πρήγ-
‘ ματα, στρατῷ ἂν ἄλλου τις τὴν ταχί-
‘ στην ἄγερσιν ποιοῖτο.’

μθ΄. Ὁ δ’ ἀμείβετο λέγων, ‘ Ὦ βα-
‘ σιλεῦ, οὔτε στρατὸν τοῦτον, ὅστις γε σύν-
‘ εσιν ἔχει, μέμφοιτ’ ἂν, οὔτε τῶν νεῶν
‘ τὸ πλῆθος· ἢν δὲ πλεῦνας συλλέξῃς,
‘ τὰ δύο τοι τὰ λέγω, πολλῷ ἔτι πολε-
‘ μιώτερα γίνεται. τὰ δὲ δύο ταῦτα, ἐστὶ
‘ γῆ τε καὶ θάλασσα. οὔτε γὰρ τῆς θα-
‘ λάσσης ἐστὶ λιμὴν τοσοῦτος οὐδαμόθι (ὡς
‘ ἐγὼ εἰκάζω) ὅστις ἐγειρομένου χειμῶ-
‘ νος, δεξάμενός σευ τοῦτο τὸ ναυτικὸν,
‘ φερέγγυος ἔσται διασῶσαι τὰς νέας. καί-
‘ τοι οὐκὶ ἕνα αὐτὸν δεῖ εἶναι τὸν λιμένα,
‘ ἀλλὰ παρὰ πᾶσαν τὴν ἤπειρον, παρ’
‘ ἣν δὴ κομίζεαι. οὔκων δὲ ἐόντων τοι τῶν[a]
‘ λιμένων ὑποδεξίων, μάθε ὅτι αἱ συμ-
‘ φοραὶ τῶν ἀνθρώπων ἄρχουσι, καὶ οὐκὶ
‘ ὡ᾽νθρωποι τῶν συμφορέων. καὶ δὴ τῶν
‘ δύο τοι τοῦ ἑτέρου εἰρημένου, τὸ ἕτερον

[a] ἰόντων τῶν.

‘ ἔρχομαι ἐρέων. γῆ δὲ πολεμίη τῆδέ τοι
‘ κατίσαται. εἰ ἐθέλει τοι μηδὲν ἀντί-
‘ ζοον καταστῆναι, τοσούτῳ τοι γίνεται
‘ πολεμιωτέρη, ὅσῳ ἂν προβαίνοις ἑκα-
‘ στέρω, τὸ πρόσω αἰεὶ κλεπτόμενος. εὐ-
‘ πρηξίης γὰρ οὐκ ἔστι ἀνθρώποισι οὐδεμίη
‘ πληθώρη. καὶ δή τοι ὡς οὐδενὸς ἐναντι-
‘ ευμένου, λέγω τὴν χώρην πλεῦνα ἐν
‘ πλέονι χρόνῳ γινομένην, λιμὸν τέξεσθαι.
‘ ἀνὴρ δὲ οὕτω ἂν εἴη ἄριστος, εἰ βουλευό-
‘ μενος μὲν, ἀῤῥωδέοι, πᾶν ἐπιλεγόμενος
‘ πείσεσθαι χρῆμα, ἐν δὲ τῷ ἔργῳ θρα-
‘ σὺς εἴη.’

ν΄. Ἀμείβεται Ξέρξης τοῖσδε, ‘ Ἀρτά-
‘ βανε, εἰκότως μὲν σύ γε τουτέων ἕκαστα
‘ διαιρέεαι· ἀτὰρ μήτε πάντα φοβέο, μή-
‘ τε πᾶν ὁμοίως ἐπιλέγεο. εἰ γὰρ δὴ βού-
‘ λοιο ἐπὶ τῷ αἰεὶ ἐπεσφερομένῳ πρήγ-
‘ ματι τὸ πᾶν ὁμοίως ἐπιλέγεσθαι, ποι-
‘ ήσειας ἂν οὐδαμὰ οὐδέν. κρέσσον δὲ, πάν-
‘ τα θαρσέοντα, ἥμισυ τῶν δεινῶν πά-

Digitized by Google

'Terra tibi hostilis est; si nihil illic adversarium tibi vult constituere, eo hostilior tibi est, quo longius processeris, assidue ulterius surripiens. Nulla enim est hominibus rei feliciter cedentis satietas. Unde etiam, ut nemo tibi occurrat, dico majorem majori in tempore regionem, famem esse allaturam. At vir ita demum fuerit optimus, si in deliberando quidem, omnem rem se passurum reputans, extimescat, in re autem agenda sit audax.'

95. Insulani, naves decem et septem, armati ut Graeci: et ipsi Pelasgica gens, sed mox Ionica ob eandem caussam, et duodecim oppida Ionica ab Athenis. Aeolenses, sexaginta naves, more Graeco armati, et olim Pelasgi (ut apud Graecos fertur) vocati. Hellespontii, praeter Abydenos, quibus mandatum erat ab rege ut loco manerent ad pontes custodiendos, ceterique e Ponto, dabant centum naves,

Digitized by Google

Graece ornati, Ionum ac Dorienſium coloni.

96. In omnibus autem navibus epibatae erant Perſae et Medi et Sacae; quarum optime navigantes praebuere Phoenices, et inter Phoenices, Sidonii. His omnibus, et item pedeſtribus eorum copiis praefecti erant populares duces: quorum ego (quia ratio hiſtoriae non exigit neceſſario) non faciam mentionem. Neque enim ſingularum nationum duces digni memoria fuere, quarum quot urbes, tot duces extitere: ſequebantur enim non ut ductores, verum ut alii bellantes ſervi: quoniam duces et praefecti penes quos ſumma imperii erat, et ſingularum gentium principes, quinam eorum Perſae fuerint, a me commemoratum eſt.

97. Nauticis autem hi copiis praefuere: Ariabignes Darii, et Prexaſpes Aſpathinis, et Megabazus Megabatis, et A-

Digitized by Google

ας, ἐσκευασμένοι δὲ ἔσαν ὡς Ἕλληνες· ἔτοι δὲ, Ἰώνων κ͵ Δωριέων ἄποικοι.

Ϟϛ΄. Ἐπεβάτευον δὲ ἐπὶ πασέων τῶν νεῶν Πέρσαι, κ͵ Μῆδοι, κ͵ Σάκαι. τετέων δὲ ἄρισα πλεῦσας παρείχοντο νέας Φοίνικες, κ͵ Φοινίκων, Σιδώνιοι. τέτοισι πᾶσι κ͵ τοῖσι ἐς τὸν πεζὸν τεταγμένοισι αὐτέων ἐπῆσαν ἑκάσοισι ἐπιχώριοι ἡγεμόνες. τῶν ἐγὼ (ὐ γὰρ ἀναγκαίη ἐξέργομαι ἐς ἱσορίης λόγον) ὐ παραμέμνημαι. ὔτε γὰρ ἔθνεος ἑκάσυ ἀπάξιοι ἔσαν οἱ ἡγεμόνες, ἔν τ᾽ ἔθνεϊ ἑκάσῳ ὅσαιπερ πόλιες, τοσῦτοι κ͵ ἡγεμόνες ἔσαν. εἵποντο δὲ ὡς ὐ σρατηγοὶ, ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ ἄλλοι σρατευόμενοι δῦλοι. ἐπεὶ σρατηγοί τε κ͵ ἄρχοντες οἱ τὸ πᾶν ἔχοντες κράτος, κ͵ ἄρχοντες τῶν ἐθνέων ἑκάσων, ὅσοι αὐτέων ἔσαν Πέρσαι, εἰρέαταί μοι.

Ϟζ΄. Τῦ δὲ ναυτικῦ ἐσρατήγεον οἵδε· Ἀριαβίγνης τε ὁ Δαρείυ, κ͵ Πρηξάσπης ὁ Ἀσπαθίνεω, κ͵ Μεγάβαζος ὁ Μεγαβά-

τεω, καὶ Αχαιμένης ὁ Δαρείου· τῆς μὲν Ιάδος τε καὶ Καρικῆς στρατιῆς, Αριαβίγνης, ὁ Δαρείου τε παῖς καὶ τῆς Γωβρύεω θυγατρός· Αἰγυπτίων δὲ ἐστρατήγεε Αχαιμένης, Ξέρξεω ἐὼν ἀπ᾽ ἀμφοτέρων ἀδελφεός· τῆς δὲ ἄλλης στρατιῆς ἐστρατήγεον οἱ δύο. τριηκόντεροι δὲ, καὶ πεντηκόντεροι, καὶ κέρκουροι, καὶ ἱππαγωγὰ πλοῖα μακρὰ [d] συνελθόντα ἐς τὸν ἀριθμὸν ἐφάνη τρισχίλια.

Ϟη΄. Τῶν δὲ ἐπιπλεόντων μετά γε τοὺς στρατηγοὺς, οἵδε ἔσαν ὀνομαστότατοι, Σιδώνιος Τετράμνηστος Ανύσου [e], καὶ Τύριος Μάρτην Σιρώμου [f], καὶ Αράδιος [g] Νέρβαλος Αγβάλου [h], καὶ Κίλιξ Συέννεσις Ωρομέδοντος, καὶ Λύκιος Κυβερνίσκος Σίκα· καὶ Κύπριοι, Γόργος τε Χέρσιος, καὶ Τιμῶναξ ὁ Τιμαγόρεω· καὶ Καρῶν, Ἱστιαῖός τε ὁ Τύμνεω, καὶ Πίγρης [i] ὁ Σελδώμου, καὶ Δαμασίθυμος ὁ Κανδαύλεω.

Ϟθ΄. Τῶν μέν νυν ἄλλων οὐ παραμέμνημαι ταξιαρχέων, ὡς οὐκ ἀναγκαζόμενος·

[d] μικρά. [e] Αλλήσου. [f] Μάπην Σιρώνου. [g] Αρόδιος. [h] Αρβάλου. [i] Πύγρης.

chaemenes Darii filius. Ionicae quidem classi et Caricae Ariabignes, ex Dario et filia Gobryae genitus: Aegyptiacae autem Achaemenes, Xerxis ex utroque parente germanus: reliquae autem classi reliqui duo. Porro triginta aut quinquaginta remorum navigia, et cercuri, cum hippagogis, longa, contracta constat ad tria millia pervenisse.

98. Eorum autem qui in classe erant, secundum duces, illustrissimi fuere, Sidonius Tetramnestus Anysi filius, et Tyrius Marten Siromi, et Aradius Nerbalus Agbali, et Cilix Syennesis Oromedontis, et Lycius Cyberniscus Sicae filius. Cyprii autem, Gortus Chersis, et Timonax Timagorae filius. Carum vero Histiaeus Tymnis, et Pigres Seldomi, et Damasithymus Candaulis filius.

99. Aliorum nunc praefectorum mentionem facere supersedeo, tanquam

Digitized by Google

non necesse habens. Verum Artemisiae praecipua me tenet admiratio, mulieris expeditionem adversus Graeciam sequutae: quae defuncto viro, et ipsa tyrannidem obtinens, quum et filius ei esset adolescens, praestantia animi atque virilitate in militiam concessit nullâ adacta necessitate. Nomen ei erat Artemisiae, Lygdamis filiae, paternum genus ex Halicarnasso, maternum e Creta. Imperans haec Halicarnassensibus, et Cois, et Nisyriis, et Calydniis, quinque cum navibus venit, et universae classis post Sidonias, naves praebuit celebratissimas. Eadem apud regem optimas inter omnes socios sententias dixit. Quas civitates recensui sub illius imperio fuisse, earum universam gentem annuo Doricam esse; Halicarnassenses quidem Troezenios, ceteros autem Epidaurios. Hactenus de nautico exercitu.

Digitized by Google

Ἀρτεμισίης δὲ, τῆς μάλιςα θῶϋμα ποιεῦμαι, ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ςρατευσαμένης γυναικὸς, ἥτις ἀποθανόντος τῦ ἀνδρὸς, αὐτή τε ἔχυσα τὴν τυραννίδα, καὶ παιδὸς ὑπάρχοντος νεηνίεω, ὑπὸ λήμματός τε καὶ ἀνδρηΐης ἐςρατεύετο, ὐδεμιῆς ἐύσης ἀναγκαίης. ὔνομα μὲν δὴ ἦν αὐτῇ Ἀρτεμισίη, θυγάτηρ δὲ ἦν Λυγδάμιος· γένος δὲ ἐξ[a] Ἁλικαρνησσῦ, τὰ πρὸς πατρὸς, τὰ μητρόθεν δὲ, Κρῆσσα. ἡγεμόνευε δὲ Ἁλικαρνησσέων τε καὶ Κώων καὶ Νισυρίων τε καὶ Καλυδνίων, πέντε νέας παρεχομένη· καὶ συναπάσης τῆς ςρατιῆς, μετά γε τὰς Σιδωνίων, νέας ἐνδοξοτάτας παρείχετο. πάντων δὲ τῶν συμμάχων γνώμας ἀρίςας βασιλέϊ ἀπεδέξατο. τῶν δὲ κατέλεξα πολίων ἡγεμονεύειν αὐτὴν, τὸ ἔθνος ἀποφαίνω πᾶν ἐὸν Δωρικόν· Ἁλικαρνησσῆας μὲν, Τροιζηνίυς· τὺς δὲ ἄλλυς, Ἐπιδαυρίυς. ἐς μὲν τοσόνδε ὁ ναυτικὸς ςρατὸς εἴρηται.

a Haec vocula ἐξ non est in MS.

Digitized by Google

ρ΄. Ξέρξης δὲ ἐπεὶ ἠρίθμησέ τε, καὶ διετάχθη ὁ στρατὸς, ἐπεθύμησε αὐτός σφεας διεξελάσας θεήσασθαι· μετὰ δὲ, ἐποίεε ταῦτα, καὶ διεξελαύνων ἐπ᾽ ἅρματος παρ᾽ ἔθνος ἓν ἕκαστον, ἐπυνθάνετο. καὶ ἀπέγραφον οἱ γραμματισταί· ἕως ἐξ ἐσχάτων ἐς ἔσχατα ἀπίκετο καὶ τῆς ἵππου καὶ τοῦ πεζοῦ. ὡς δὲ ταῦτά οἱ ἐπεποίητο, τῶν νεῶν κατελκυσθεισέων ἐς θάλασσαν, ἐνθαῦτα ὁ Ξέρξης μετεκβὰς ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς νέα Σιδωνίην, ἵζετο ὑπὸ σκηνῇ χρυσέῃ. καὶ παρέπλεε παρὰ τὰς πρώρας τῶν νεῶν, ἐπειρωτῶν τε ἑκάστας ὁμοίως ὡς καὶ τὸν πεζὸν, καὶ ἀπογραφόμενος. τὰς δὲ νέας οἱ ναύαρχοι ἀναγαγόντες ὅσον τε τέσσερα[b] πλέθρα ἀπὸ τοῦ αἰγιαλοῦ, ἀνεκώχευον τὰς πρώρας ἐς γῆν τρέψαντες πάντες μετωπηδὸν, καὶ ἐξοπλίσαντες τοὺς ἐπιβάτας ὡς ἐς πόλεμον. ὁ δ᾽, ἐντὸς τῶν πρωρέων πλέων ἐθηεῖτο καὶ τοῦ αἰγιαλοῦ.

ρα΄. Ὡς δὲ καὶ ταύτας διεξέπλωσε,

[b] ὅσον τέσσερα.

100. Xerxes, inito copiarum numero, militibus compoſitis, concupivit illos luſtrando oculis obire: quemadmodum et fecit. Itaque inſcenſo curru unamquamque nationem luſtrans, percontabatur; quam profeſſionem ſcribae excipiebant, donec ab extremis ad extremos equitum peditumque perventum eſt. Hoc perfecto, et navibus in mare deductis, ibi Xerxes e curru in navem Sidoniam tranſcendit: reſidenſque ſub aureo tabernaculo, praetervehenſque navium proras ſciſcitabatur de ſingulis itidem ut de terreſtri exercitu fecerat, deſcribique jubebat. Enimvero navarchi productas a litore quatuor fere plethrorum ſpatio naves ſtabilierant, converſis ad terram proris, omnes verſus frontem, propugnatoribus quoque tanquam ad proelium armatis; quos Xerxes inter proras et litus navigans conſpicabatur.

101. Ubi autem et claſſem luſtravit,

Digitized by Google

egreſſus navi arceſſivit Demaratum Ariſtonis filium, comitem hujus adverſus Graeciam expeditionis, eique arceſſito ita inquit, 'Demarate, juvat nunc me quae 'cupio abs te interrogare, qui et Grae- 'cus es, et non ex minima neque maxi- 'me invalida civitate, ut audio tam ex 'te quam ex aliis Graecis, qui in ſermo- 'nes mecum veniunt. nunc igitur hoc 'mihi expone, nunquid Graeci ſuſtine- 'bunt manus contra me levare. nam, ut 'ego opinor, nec ſi omnes Graeci ac 'ceteri ad occaſum incolentes homines 'congregarentur, pares eſſent ad me in- 'vadentem ſuſtinendum, ſiquidem non 'ſint concordes. Libet tamen mihi abs 'te audire quid de hoc dicas.' His verbis ille interrogavit. Demaratus autem excipiens, 'Utra, inquit, apud te rex utar, 'veritate an jucunditate?' Ille ut veritate uteretur jubere. neque enim ſibi ob id

Digitized by Google

καὶ ἐξέβη ἐκ τῆς νεὸς, μετεπέμψατο Δημάρητον τὸν Ἀρίστωνος συστρατευόμενον αὐτῷ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. καλέσας δ' αὐτὸν, εἴρετο τάδε, ‘ Ω Δημάρητε, νῦν μοί ‘ σε ἡδύ τι ἐστὶ ἐπείρεσθαι τὰ θέλω. σὺ ‘ εἶς Ἕλλην τε, καὶ (ὡς ἐγὼ πυνθάνο‘ μαι σεῦ τε καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ‘ τῶν ἐμοὶ ἐς λόγους ἀπικνεομένων) πό‘ λιος οὔτ' ἐλαχίστης, οὔτ' ἀσθενεστάτης. ‘ νῦν ὦν μοι τόδε φράσον, εἰ Ἕλληνες ‘ ὑπομενέουσί χεῖρας ἐμοὶ ἀνταειρόμενοι. ‘ οὐ γὰρ, ὡς δοκέω ἐγὼ, οὐδ' εἰ πάντες ‘ Ἕλληνες, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ πρὸς ἑσπέ‘ ρης οἰκέοντες ἄνθρωποι συλλεχθείησαν, ‘ οὐκ ἀξιόμαχοί εἰσι ἐμὲ ἐπιόντα ὑπο‘ μεῖναι, μὴ ἐόντες ἄρθμιοι. ἐθέλω μέντοι ‘ καὶ τὸ ἀπὸ σεῦ, ὁκοῖόν τι λέγεις περὶ ‘ αὐτέων, πυθέσθαι.’ ὁ μὲν ταῦτα εἰρώτα. ὁ δὲ, ὑπολαβὼν ἔφη, ‘ Ω βασιλεῦ, ‘ κότερα ἀληθηίῃ χρήσομαι πρός σε, ἢ ‘ ἡδονῇ;’ ὁ δέ μιν ἀληθηίῃ χρῆσθαι ἐκέ-

λευε, φὰς οὐδὲν οἱ ἀηδέστερον ἔσεσθαι ἢ
πρότερον ἦν.

ρβ΄. Ὡς δὲ ταῦτα ἤκουσε Δημάρητος,
ἔλεγε τάδε, ‘ Βασιλεῦ, ἐπειδὴ ἀληθηΐῃ
‘ διαχρήσασθαι πάντως με κελεύεις ταῦ-
‘ τα λέγοντα, τὰ μὴ ψευδόμενός τις ὕστε-
‘ ρον ὑπὸ σεῦ ἁλώσεται, τῇ Ἑλλάδι πε-
‘ νίη μὲν αἰεὶ σύντροφός [c] ἐστι· ἀρετὴ δὲ
‘ ἔπακτός ἐστι, ἀπό τε σοφίης κατεργασ-
‘ μένη καὶ νόμου ἰσχυροῦ· τῇ διαχρεωμένη
‘ ἡ Ἑλλὰς, τήν τε πενίην ἀπαμύνεται,
‘ καὶ τὴν δεσποσύνην. αἰνέω μέν νυν πάν-
‘ τας Ἕλληνας τοὺς περὶ κείνους τοὺς Δω-
‘ ρικοὺς χώρους οἰκημένους. ἔρχομαι δὲ λέ-
‘ ξων οὐ περὶ πάντων τούσδε τοὺς λόγους,
‘ ἀλλὰ περὶ Λακεδαιμονίων μούνων· πρῶ-
‘ τα μὲν, ὅτι οὐκ ἔστι ὅκως κοτὲ σοὺς δέξον-
‘ ται [d] λόγους δουλοσύνην φέροντας τῇ Ἑλ-
‘ λάδι· αὖτις δὲ, ὡς ἀντιώσονταί τοι ἐς
‘ μάχην, καὶ ἢν οἱ ἄλλοι Ἕλληνες πάντες
‘ τὰ σὰ φρονέωσι. ἀριθμοῦ δὲ πέρι, μὴ

[c] αἰεί κοτε σύντροφος. [d] σοῦ δέξονται.

Digitized by Google

eum minus jucundum fore quam antea fuiſſet.

102. Hoc ubi Demaratus audivit, ‘ Quoniam, inquit, me jubes, rex, om- ‘ nino veritatem proloqui, ea dicentem ‘ ob quae nemo mendacii poſtea a te ‘ convincetur; Graecia ſemper quidem ‘ alumna fuit paupertatis, hoſpes virtutis, ‘ quam a ſapientia accivit et a ſevera diſ- ‘ ciplina, quam uſurpans Graecia, et ‘ paupertatem abigit et dominatum. Ita ‘ laudo quidem omnes Graecos qui circa ‘ Dorica illa loca incolunt: ſed non de ‘ cunctis eis haec verba faciam, verum ‘ de Lacedaemoniis ſolis. Jam primum ‘ fieri non poterit, ut tuas voces admit- ‘ tant, afferentes Graeciae ſervitutem: ‘ deinde venient tibi obviam ad pugnan- ‘ dum, etiam ſi ceteri Graeci omnes ſen- ‘ tiant tecum. Neque vero de numero

Digitized by Google

'eorum quaeras, quot illi ſint qui hoc 'facere poſſint. nam ſi in exercitu eo'rum mille fuerint, ii tecum congredi'entur; et item ſive pauciores ſive etiam 'plures.'

103. Haec quum audiſſet Xerxes, cachinnans inquit, 'Demarate, quodnam 'extuliſti verbum? mille omnino viros 'cum tanto exercitu congreſſuros? Age'dum, dic mihi, nonne teipſum ais iſto'rum virorum fuiſſe regem? viſne igitur 'ſine mora tu cum decem viris dimica're? Quod ſi veſtri populares omnes ta'les ſunt, quales tu praedicas, profecto 'ſecundum veſtra inſtituta decet te, qui 'illorum es rex, ad duplum comparari. 'nam ſi denis e meo exercitu ſinguli 'eorum pares ſint, jure abs te poſco ut 'viginti ſis par; ita verba quae dixiſti, 'comprobabuntur. Atqui ſi tales ſunt

Digitized by Google

'πύθῃ ὅσοι τινὲς ἐόντες ταῦτα ποιέειν 'οἷοί τέ εἰσι. ἤν τε γὰρ τύχωσι ἐξεστρα-'τευμένοι χίλιοι, οὗτοι μαχέσονταί τοι, 'ἤν τε ἐλάσσονες τουτέων, ἤν τε καὶ 'πλεῦνες.'

ργ΄. Ταῦτα ἀκούσας Ξέρξης, γελάσας ἔφη, 'Δημάρητε, οἷον ἐφθέγξαο ἔπος, 'ἄνδρας χιλίους στρατιῇ τοσῇδε μαχέσα-'σθαι; ἄγε, εἰπέ μοι, σὺ φῂς τουτέων 'τῶν ἀνδρῶν αὐτὸς βασιλεὺς γενέσθαι; 'σὺ ὦν ἐθελήσαις αὐτίκα μάλα πρὸς ἄν-'δρας δέκα μάχεσθαι[e], καί τοι εἰ τὸ 'πολιτικὸν ὑμῖν πᾶν ἐστι τοιοῦτον οἷον σὺ 'διαιρέεις, σέ γε τὸν κείνων βασιλῆα πρέ-'πει πρὸς τὸ διπλήσιον ἀντιτάσσεσθαι 'κατὰ νόμους τοὺς ὑμετέρους. εἰ γὰρ κείνων 'ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν τῆς στρατιῆς τῆς 'ἐμῆς ἀντάξιός ἐστι, σὲ δέ γε[f] δίζημαι 'εἴκοσι εἶναι ἀντάξιον· καὶ οὕτω μὲν ὀρ-'θοῖτ' ἂν ὁ λόγος ὁ παρὰ σεῦ εἰρημένος. 'εἰ δὲ τοιοῦτοί τε ἐόντες, καὶ μεγάθεα

[e] μαχέσασθαι. [f] σέ γε.

‘ τοσοῦτοι ὅσοι σύ τε καὶ οἱ παρ’ ἐμὲ φοι-
‘ τῶσι Ἑλλήνων ἐς λόγους, αὐχεῖτε το-
‘ σοῦτον, ὅρα μὴ μάτην κόμπος ὁ λόγος
‘ οὗτος ὁ εἰρημένος εἴη. ἐπεὶ φέρε ἴδω παντὶ
‘ τῷ εἰκότι, κῶς δυναίατο χίλιοι, ἢ καὶ
‘ μύριοι, ἢ καὶ πεντακισμύριοι, ἐόντες γε
‘ ἐλεύθεροι πάντες ὁμοίως, καὶ μὴ ὑπ’ ἑνὸς
‘ ἀρχόμενοι, στρατῷ τοσῷδε ἀντιστῆναι·
‘ ἐπεί τοι πλεῦνες [a] περὶ ἕνα ἕκαστον γι-
‘ νόμεθα, ἢ χίλιοι, ἐόντων ἐκείνων πέντε [b]
‘ χιλιαδέων. ὑπὸ μὲν γὰρ ἑνὸς ἀρχόμενοι
‘ κατὰ τρόπον τὸν ἡμέτερον, γενοίατ’ ἂν
‘ δειμαίνοντες τοῦτον καὶ παρὰ τὴν ἑωϋτῶν
‘ φύσιν ἀμείνονες· καὶ ἴοιεν ἀναγκαζόμε-
‘ νοι μάστιγι ἐς πλεῦνας ἐλάσσονες ἐόντες·
‘ ἀνειμένοι δὲ ἐς τὸ ἐλευθέριον [c], οὐκ ἂν
‘ ποιέοιεν τουτέων οὐδέτερα. δοκέω δὲ ἔγω-
‘ γε καὶ ἀνισωθέντας πλήθεϊ, χαλεπῶς
‘ ἂν Ἕλληνας Πέρσῃσι μούνοισι μάχε-
‘ σθαι. ἀλλὰ παρ’ ἡμῖν τοῦτό ἐστι [d] τὸ
‘ σὺ λέγεις. ἔστι γε μέντοι οὐ πολλὸν,

[a] ἐπεί τε πλεῦνες. [b] ἐόντων πέντε. [c] ἐλεύθερον. [d] ἡμῖν μὲν μούνοισι τοῦτό ἐστι.

Digitized by Google

'illi ac proceritate tanti, quanti tu, ac 'Graeci qui in colloquium meum venerunt, tantopere gloriamini, vide ne 'frustra id insolenterque faciatis. nam 'age intelligam quacunque probabilitate, 'unde fieri queat, ut mille aut decem 'millia vel etiam quinquaginta millia hominum, qui pariter omnes liberi, nec 'unius imperio subjecti, tanto exercitui 'obsisterent: quum simus nos plures 'quam milleni ad singulos eorum, si fuerint quinque millia. Nam sub uno, 'quemadmodum apud nos fit, imperatore milites, illius metu etiam contra 'suam ipsorum naturam meliores efficiuntur, adactique flagello, vel pauciores 'adversus plures eunt: iidem remisso libero sibi arbitrio, neutrum horum facerent. Adeo opinor Graecos etiam pares 'numero Persis, aegre cum eis solis certaturos. quinimo istud apud nos est id

Digitized by Google

'quod ais: verum non ita multum, sed 'rarum. sunt enim e Persis meis satelli- 'tibus qui velint cum ternis viris Graecis 'pariter dimicare: quorum tu inexpertus 'multa blateras.'

104. Ad haec Demaratus, 'Intelli- 'gebam, inquit, rex, ab initio me veritate 'utentem, non jucunda tibi dicturum: 'sed quia tu dicere me verissima coegisti, 'dixi quae erant ex officio Spartanorum. 'Quanquam ipse optime intelligis quan- 'topere nunc illos ego amem, qui me 'honore et decore paterno exutum, ex- 'torrem profugumque fecerunt: quem 'pater tuus exceptum, victu ac domicilio 'donavit. Quare non est credibile virum 'prudentem respuere benevolentiam ex- 'ploratam, sed maxime observare. Ego 'autem neque cum decem viris promit- 'tam me posse dimicare, neque cum duo- 'bus: ac ne singulari quidem certamine

Digitized by Google

‘ ἀλλὰ σπάνιον. εἰσὶ γὰρ Περσέων τῶν ‘ ἐμῶν αἰχμοφόρων, οἳ ἐθελήσουσι Ἑλλή- ‘ νων ἀνδράσι τρισὶ ὁμοῦ μάχεσθαι· τῶν ‘ σὺ ἐὼν ἄπειρος, πολλὰ φλυηρέεις.’

ρδ΄. Πρὸς ταῦτα Δημάρητος λέγει, ‘ Ὦ βασιλεῦ, ἀρχῆθεν ἠπιστάμην ὅτι ἀ- ‘ ληθηΐῃ χρεώμενος, οὐ φίλα τοι ἐρέω· ‘ σὺ δὲ ἐπεὶ ἠνάγκασας λέγειν τῶν λό- ‘ γων τοὺς ἀληθεστάτους, ἔλεγον τὰ κα- ‘ τήκοντα Σπαρτιήτῃσι. καίτοι ὡς ἐγὼ ‘ τυγχάνω τὰ νῦν τάδε ἐστοργὼς ἐκεί- ‘ νους, αὐτὸς μάλιστα ἐξεπίστεαι, οἵ με ‘ τιμήν τε καὶ γέρεα ἀπελόμενοι πα- ‘ τρῷα, ἄπολίν τε καὶ φυγάδα πεποι- ‘ ήκασι· πατὴρ δὲ σὸς ὑποδεξάμενος, βίον ‘ τέ μοι καὶ οἶκον δέδωκε. οὔκων εἰκός ‘ ἐστι ἄνδρα τὸν σώφρονα εὐνοίην φαινο- ‘ μένην διωθέεσθαι, ἀλλὰ στέργειν μάλι- ‘ στα. ἐγὼ δὲ οὔτε δέκα ἀνδράσι ὑπίσχο- ‘ μαι οἷός τε εἶναι μάχεσθαι, οὔτε δυ- ‘ οῖσι· ἑκών γε εἶναι οὐδ᾽ ἂν μουνομαχέ-

‘ οιμι. εἰ δὲ ἀναγκαίη εἴη, ἢ μέγας τις
‘ ὁ ἐποτρύνων ἀγὼν, μαχοίμην ἂν πάν-
‘ των ἥδιστα ἑνὶ τουτέων τῶν ἀνδρῶν, οἵ
‘ Ἑλλήνων ἕκαστος φησὶ τριῶν ἄξιος εἶ-
‘ ναι. ὣς δὲ καὶ Λακεδαιμόνιοι, κατὰ
‘ μὲν ἕνα μαχεόμενοι, οὐδαμῶν εἰσὶ κα-
‘ κίονες ἀνδρῶν· ἀλέες δὲ, ἄριστοι ἀνδρῶν
‘ ἁπάντων. ἐλεύθεροι γὰρ ἐόντες, οὐ πάν-
‘ τα ἐλεύθεροί εἰσι. ἔπεστι γάρ σφι δε-
‘ σπότης, νόμος, τὸν ὑποδειμαίνουσι πολ-
‘ λῷ ἔτι μᾶλλον ἢ οἱ σοὶ, σέ. ποιεῦσι
‘ γῶν τὰ ἂν ἐκεῖνος ἀνώγῃ. ἀνώγει δὲ
‘ τὠϋτὸ αἰεὶ, οὐκ ἐῶν φεύγειν οὐδὲν πλῆ-
‘ θος ἀνθρώπων [e] ἐκ μάχης, ἀλλὰ μέ-
‘ νοντας ἐν τῇ τάξει, ἐπικρατέειν, ἢ ἀ-
‘ πόλλυσθαι. σοὶ δὲ, εἰ φαίνομαι ταῦτα
‘ λέγων φλυηρέειν, τἆλλα σιγᾷν ἐθέ-
‘ λω [f] τολοιπόν. νῦν δὲ ἀναγκασθεὶς ἔλε-
‘ ξα. γένοιτο μέν τοι κατὰ νόον τοι βα-
‘ σιλεῦ.’

ρε΄. Ὁ μὲν δὴ ταῦτα ἀμείψατο. Ξέρ-

[e] ἀνδρῶν. [f] Habet codex MS. φλυηρέειν, ἅμα θέλω.

'volens certaverim. At ſi neceſſe fuerit, 'aut vehemens diſcrimen inſtiterit, liben-'tiſſime cum uno quolibet iſtorum homi-'num dimicarem, qui ſe ſingulos ajunt 'idoneos ad certandum cum ternis Grae-'corum. Etenim Lacedaemonii pugnan-'do cum ſingulis, non ſunt illi quidem 'ullis deteriores viris: at conferti, cunc-'torum virorum ſunt excellentiſſimi. nam 'licet ſint liberi, non tamen ſunt omnia 'liberi: quippe quibus praeeſt domina 'lex, quam multo magis metuunt quam 'tui te. Faciunt ergo quaecunque illa 'cogit. cogit autem idem ſemper, vetans 'eos ex acie fugere quantamvis hominum 'multitudinem; ſed ut ordinem non de-'ſerentes, aut vincant aut occumbant. 'Haec ego loquens, ſi tibi blaterare vi-'deor, volo poſthac in ceteris ſilentium 'agere. Hactenus loquutus ſum coactus: 'tibi vero ex ſententia contingat, rex.'

105. Haec loquuto Demarato, Xer-

Digitized by Google

xes ad risum versus, nulla indignatione permotus est, sed comiter hominem remisit. Post Demarati colloquium, ubi Dorisco illi praefecit praetorem Mascamem Megadostis filium, amoto eo quem Darius praefecerat, ire cum exercitu per Thraciam adversus Graeciam pergit.

106. Huic Mascami, quem illic reliquit Xerxes, uni tanquam omnium praetorum praestantissimo quos ipse aut Darius constituisset, dona quotannis misit; et item ejus posteris Artaxerxes filius Xerxis. Etenim ante hanc expeditionem in Thracia et in Hellesponto ubique praetores fuerant, qui omnes post eandem expeditionem a Graecis ejecti sunt et e Thracia et ex Hellesponto, praeterquam iste in Dorisco, quippe hunc in Dorisco

Digitized by Google

ξης δὲ ἐς γέλωτά τε ἔτρεψε[a], καὶ οὐκ ἐποιήσατο ὀργὴν οὐδεμίην, ἀλλ' ἠπίως αὐτὸν ἀπεπέμψατο. τούτῳ δὲ ἐς λόγους ἐλθὼν Ξέρξης, καὶ ὕπαρχον ἐν τῷ Δορίσκῳ τούτῳ καταστήσας Μασκάμην τὸν Μεγαδόστεω, τὸν δὲ ὑπὸ Δαρείου σταθέντα καταπαύσας, ἐξήλαυνε τὸν στρατὸν διὰ τῆς Θρηΐκης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα.

ρϛ'. Κατέλιπε δὲ ἄνδρα τοιόνδε Μασκάμην γενόμενον, τῷ μούνῳ[b] Ξέρξης δῶρα πέμπεσκε, ὡς ἀριστεύοντι[c] πάντων ὅσους κατέστησε αὐτὸς ἢ Δαρεῖος ὑπάρχους· πέμπεσκε δὲ ἀνὰ πᾶν ἔτος· ὣς δὲ καὶ Αρτοξέρξης ὁ Ξέρξεω, τοῖσι Μασκαμείοισι ἐκγόνοισι. κατέστασαν γὰρ ἔτι πρότερον ταύτης τῆς ἐλάσιος ὕπαρχοι ἐν τῇ Θρηΐκῃ καὶ τῷ Ἑλλησπόντῳ[d] πανταχῆ. οὗτοι ὦν πάντες, οἵ τε ἐκ Θρηΐκης καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου, πλὴν τοῦ ἐν Δορίσκῳ, ὑπὸ Ἑλλήνων ὕστερον ταύτης τῆς στρατηλασίης

[a] ἐτρέψατο. b Haec vox non est in MS. c MS. ὡς ἀριστεύοντι. d In eodem est τοῦ Ἑλλησπόντου.

ἐξηρέθησαν. τὸν δὲ ἐν Δορίσκῳ Μασκάμην οὐδαμοί κω ἐδυνήθησαν ἐξελεῖν, πολλῶν πειρησαμένων. διὰ τοῦτο δέ οἱ τὰ δῶρα πέμπεται παρὰ τοῦ βασιλεύοντος αἰεὶ ἐν Πέρσῃσι.

ρζ'. Τῶν δὲ ἐξαιρεθέντων ὑπὸ Ἑλλήνων οὐδένα βασιλεὺς Ξέρξης ἐνόμισε εἶναι ἄνδρα ἀγαθὸν, εἰ μὴ Βόγην μοῦνον τὸν ἐξ Ἠϊόνος· τοῦτον δὲ αἰνέων οὐκ ἐπαύετο, καὶ τοὺς περιεόντας αὐτοῦ ἐν Πέρσῃσι παῖδας ἐτίμα μάλιστα. ἐπεὶ καὶ ἄξιος αἴνου μεγάλου ἐγένετο Βόγης· ὃς, ἐπειδὴ ἐπολιορκέετο ὑπὸ Ἀθηναίων καὶ Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδεω, παρεὸν αὐτῷ ὑπόσπονδον ἐξελθεῖν καὶ νοστῆσαι ἐς τὴν Ἀσίην, οὐκ ἐθέλησε, μὴ δειλίῃ δόξειε περιεῖναι βασιλέϊ, ἀλλὰ διεκαρτέρεε ἐς τὸ ἔσχατον. ὡς δ' οὐδὲν ἔτι φορβῆς ἐνῆν ἐν τῷ τείχεϊ, συννήσας πυρὴν μεγάλην, ἔσφαξε τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰς παλλακὰς, καὶ τοὺς οἰκέτας· καὶ ἔπειτα ἐσέβαλε ἐς τὸ πῦρ. μετὰ δὲ ταῦ-

Digitized by Google

Mascamem nulli unquam, etsi multi conati fuerint, tamen ejicere nequierunt. ob id huic ab eo qui semper in Persis regnat, dona mittuntur.

107. Eorum vero qui a Graecis expulsi sunt, neminem rex Xerxes virum egregium esse dixit, praeter unum Bogem ex Ejone, quem laudare non desinebat, ejusque qui superfuere liberos maximo inter Persas honore prosequebatur. Siquidem magnis ferri laudibus Boges meruit: qui quum ab Atheniensibus et Cimone Miltiadis filio obsideretur, liceretque ei accepta fide egredi et in Asiam remeare, tamen abnuit, ne regi prae metu superfuisse videretur, sed ad extremum usque perstitit: atque ubi nihil in moenibus commeatus reliquum fuit, collato ingenti rogo, interemit liberos, conjugem, concubinas, familiam, eosque mox

Digitized by Google

in ignem injecit: dehinc omne aurum urbis atque argentum e muro dispersit in Strymonem. his actis, etiam semetipsum misit in ignem. Ita hic merito a Persis ad hoc usque tempus celebratur.

108. Xerxes e Dorisco in Graeciam tendens, ut quosque populos adibat, secum militare cogebat. Erat autem (ut superius a me expositum est) omnis ad Thessaliam usque tractus in ditionem redactus et regi tributarius effectus a Megabazo et mox a Mardonio. Digressus a Dorisco, praeteriit primum Samothracica castella, quorum ultimum oppidum ad vesperam situm est, nomine Mesambria, cui vicinum est oppidum Thasiorum, Stryma: quae oppida interfluit amnis Lissus, cujus aqua tunc non suffecit copiis Xerxis, sed defecit. Haec olim re-

Digitized by Google

τα, τὸν χρυσὸν ἅπαντα τὸν ἐκ τοῦ ἄστεος καὶ τὸν ἄργυρον ἔσπειρε ἀπὸ τοῦ τείχεος ἐς τὸν Στρυμόνα. ποιήσας δὲ ταῦτα, καὶ ἑωϋτὸν ἐσέβαλε ἐς τὸ πῦρ. οὕτω μὲν οὗτος δικαίως αἰνέεται ἔτι καὶ ἐς τόδε ὑπὸ Περσέων.

ρζʹ Ξέρξης δὲ ἐκ τοῦ Δορίσκου ἐπορεύετο ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. τοὺς δὲ αἰεὶ γινομένους ἐμποδὼν, συστρατεύεσθαι ἠνάγκαζε. ἐδεδούλωτο γὰρ (ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται) ἡ μέχρι Θεσσαλίης πᾶσα, καὶ ἦν ὑπὸ βασιλῆα δασμοφόρος, Μεγαβάζου τε καταστρεψαμένου, καὶ ὕστερον Μαρδονίου. παραμείβετο δὲ πορευόμενος ἐκ Δορίσκου, πρῶτα μὲν τὰ Σαμοθρηΐκια τείχεα, τῶν ἐσχάτη πεπόλισται πρὸς ἑσπέρην πόλις τῇ οὔνομά ἐστι Μεσαμβρίη· ἔχεται δὲ ταύτης Θασίων πόλις, Στρύμη· διὰ δέ σφεων τοῦ μέσου Λίσσος ποταμὸς διαῤῥέει· ὃς τότε οὐκ ἀντέσχετο τὸ ὕδωρ παρέχων τῷ Ξέρξεω στρατῷ, ἀλλ' ἐπέλιπε· ἡ δὲ χώρη

αὕτη πάλαι μὲν ἐκαλέετο Γαλαϊκὴ [e], νῦν δὲ Βριαντική. ἔστι μέντοι τῷ δικαιοτάτῳ τῶν λόγων καὶ αὕτη Κικόνων.

ρθʹ. Διαβὰς δὲ τοῦ Λίσου ποταμοῦ τὸ ῥέεθρον ἀποξηρασμένον [f], πόλιας Ἑλληνίδας τάσδε παραμείβετο, Μαρώνειαν, Δικαίαν, Ἄβδηρα. ταύτας τε δὴ παρεξήιε, καὶ κατὰ ταύτας, λίμνας ὀνομαστὰς ταύτας· Μαρωνείης μὲν μεταξὺ καὶ Στρύμης κειμένην Ισμαρίδα· κατὰ δὲ Δικαίαν, Βιστωνίδα, ἐς τὴν ποταμοὶ δύο εἰσεῖσι τὸ ὕδωρ, Τραῦός τε καὶ Κόμψατος [g]. κατὰ δὲ Ἄβδηρα, λίμνην μὲν οὐδεμίην ἐοῦσαν οὐνομαστὴν παραμείψατο Ξέρξης, ποταμὸν δὲ Νέστον, ῥέοντα ἐς θάλασσαν. μετὰ δὲ ταύτας τὰς χώρας ἰὼν, τὰς ἠπειρώτιδας πόλις παρήιε· τῶν ἐν μιῇ λίμνη ἐοῦσα τυγχάνει ὡσεὶ τριήκοντα σταδίων μάλιστά κῃ τὴν περίοδον, ἰχθυώδης τε καὶ κάρτα ἁλμυρή. ταύτην τὰ ὑποζύγια μοῦνα ἀρδόμενα ἀνεξήρηνε. τῇ δὲ πό-

e MS. Γαλδαικὴ. f ἀπεξηραμένον. g MS. στραῦοστε καὶ κόμψαντος.

gio vocabatur Galaica, nunc autem Briantica: quae tamen optimo jure Ciconum eſt.

109. Tranſmiſſo alveo fluminis Liſſi arefacto, Xerxes has Graecas urbes praetergreſſus eſt: Maroneam, Dicaeam, Abdera, eas inquam praeteriit, et has quae juxta eas ſunt, nominis clariſſimi paludes, Iſmaridem, quae Maroneam Strymamque interjacet: Biſtonidem Dicaeae contiguam, in quam duo flumina ingrediuntur, Trauus et Compſatus. Juxta Abdera autem nullum nobilem lacum praeteriit Xerxes, ſed fluvium Neſtum mare ſubeuntem. Poſt has regiones pergens mediterraneas urbes praeteriit: in quarum una eſt lacus triginta ferme ſtadiorum in circuitu, piſcoſus et admodum ſalſus: quem ſola jumenta quum aquarentur exſicca-

Digitized by Google

vere. Huic urbi nomen est Pystirus. Has urbes et maritimas et Graecas sinistrorsum relinquens praeteriit Xerxes.

110. Per quas autem gentes Thraciae iter fecit, hae sunt: Paeti, Cicones, Bistones, Sapaei, Dersaei, Edoni, Satrae. Quarum quae maritimae erant, navibus sequutae sunt: quae vero mediterraneae, quae et commemoratae sunt a me, praeter Satras, ceterae omnes pedestres sequi coactae sunt.

111. Satrae nulli unquam hominum, quantum nos scimus, fuere subjecti, sed soli e Thracibus ad meam memoriam liberi semper perstitere. Editos enim montes incolunt omnigenis arboribus ac nivibus obsitos: suntque viri in re bellica eximii. apud quos oraculum est Liberi, idque in editissimis montibus. Ex Satris

Digitized by Google

λι ταύτῃ οὔνομά ἐστι Πύστιρος [a]. ταύτας μὲν δὴ τὰς πόλις τὰς παραθαλασσίας τε καὶ Ἑλληνίδας ἐξ εὐωνύμου χειρὸς ἀπέργων παρεξήϊε.

ρί. Ἔθνεα δὲ Θρηΐκων, δι᾽ ὧν τῆς χώρης ὁδὸν ἐποιέετο, τοσάδε· Παῖτοι, Κίκονες, Βίστονες, Σαπαῖοι, Δερσαῖοι, Ἠδωνοὶ, Σάτραι. τουτέων οἱ μὲν παρὰ θάλασσαν κατοικημένοι ἐν τῇσι [b] νηυσὶ εἵποντο· οἱ δὲ αὐτέων τὴν μεσόγαιαν οἰκέοντες, καταλεχθέντες τε ὑπ᾽ ἐμεῦ, πλὴν Σατρέων, οἱ ἄλλοι πάντες, πεζῇ [c] ἀναγκαζόμενοι εἵποντο.

ρια΄. Σάτραι δὲ οὐδενός κω ἀνθρώπων ὑπήκοοι ἐγένοντο, ὅσον ἡμεῖς ἴδμεν, ἀλλὰ διατελεῦσι τὸ μέχρι ἐμεῦ αἰεὶ ἐόντες ἐλεύθεροι μοῦνοι Θρηΐκων. οἰκέουσί τε γὰρ οὔρεα ὑψηλὰ, ἴδῃσί τε παντοίῃσι καὶ νιφάσι [d] συνηρεφέα· καὶ εἰσὶ τὰ πολέμια ἄκροι. οὗτοι οἱ τοῦ Διονύσου τὸ μαντήϊον εἰσὶ ἐκτημένοι. τὸ δὲ μαντήϊον τοῦτο, ἔστι μὲν ἐπὶ

[a] Πίστυρος. [b] κατοικημένοι τῇσι. [c] πεζοί. [d] MS. καὶ χιόνι.

Digitized by Google

τῶν ὀρέων τῶν ὑψηλοτάτων, Βησσοὶ δὲ τῶν Σατρέων εἰσὶ οἱ προφητεύοντες τοῦ ἱροῦ. πρόμαντις δὲ ἡ χρέουσα, κατάπερ ἐν Δελφοῖσι, καὶ οὐδὲν ποικιλώτερον.

ριβ΄. Παραμειψάμενος δὲ ὁ Ξέρξης τὴν εἰρημένην, δεύτερα τουτέων παραμείβετο τείχεα τὰ Πιέρων, τῶν καὶ ἑνὶ Φάγρης ἐστὶ οὔνομα, καὶ ἑτέρῳ Πέργαμος. ταύτῃ μὲν δὴ παρ᾽ αὐτὰ τὰ τείχεα τὴν ὁδὸν ἐποιέετο, ἐκ δεξιῆς χερὸς τὸ Πάγγαιον οὖρος ἀπέργων, ἐὸν μέγα τε καὶ ὑψηλὸν, ἐν τῷ χρύσεά τε καὶ ἀργύρεα ἔνι μέταλλα· τὰ νέμονται Πίερές τε καὶ Ὀδόμαντοι, καὶ μάλιστα Σάτραι.

ριγ΄. Ὑπεροικέοντας δὲ τὸ Πάγγαιον πρὸς βορέω ἀνέμου, Παίονας, Δόβηράς τε καὶ Παιόπλας[e] παρεξιὼν, ἤιε πρὸς ἑσπέρην· ἐς ὃ ἀπίκετο ἐπὶ ποταμόν τε Στρύμονα καὶ πόλιν Ἠϊόνα. τῆς ἔτι ζωὸς ἐὼν ἦρχε Βόγης, τοῦ περ ὀλίγῳ[f] πρότερον τούτων λόγον ἐποιεύμην. ἡ δὲ γῆ αὕτη ἡ περὶ

[e] In MS. est καὶ Ὄπλας. [f] ὀλίγον.

qui in illo templo vaticinantur, ſunt Beſſi: antiſtes vero quae reddit reſponſa, quemadmodum Delphis, et nihilo magis varie.

112. Peragrata autem quam dixi regione, Xerxes ſecundo loco tranſiit muros Pierum, quorum uni nomen eſt Phagrae, alteri Pergamo. Et hac quidem iter propter eos muros faciebat, a manu dextera relinquens montem Pangaeum, magnum atque excelſum, in quo aurea ſunt et argentea metalla, quae cum Pieres et Odomanti, tum praecipue Satrae exercent.

113. Super Pangaeum ad aquilonem habitantes Paeones, Doberes et Paeoples praetergreſſus Xerxes, occaſum verſus contendit, donec ad flumen Strymonem pervenit, et urbem Eionem, cujus praetor Boges (cujus paulo ante feci mentionem) adhuc vivebat. Regio autem haec Pan-

Digitized by Google

gaeo monti circumjecta nominatur Phyllis; hinc occasum versus porrecta ad fluvium Angitem, qui Strymonem intrat: hinc meridiem versus ad ipsum Strymonem, ad quem magi mactatis equis candidis litaverunt.

114. His et aliis compluribus incantamentis circa flumen factis, per Novem vias Edonorum iere ad pontes Strymonem junctum invenientes. Audientes autem eum locum Novem vias appellari, totidem illic pueros ac virgines virorum indigenarum vivos defoderunt. Persicum enim est defodere viventes. nam et Amestrin Xerxis uxorem, jam provectae aetatis, audio bis septem illustrium Persarum liberos defodisse sic gratificantem deo qui sub terra esse fertur.

115. Ubi a Strymone progressus est

Digitized by Google

τὸ Πάγγαιον ὄρος, καλέεται Φυλλὶς[g], κατατείνουσα, τὰ μὲν πρὸς ἑσπέρην, ἐπὶ ποταμὸν Ἀγγίτην, ἐκδιδόντα ἐς τὸν Στρυμόνα· τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίην, τείνουσα ἐς αὐτὸν τὸν Στρυμόνα, ἐς τὸν οἱ μάγοι ἐκαλλιερέοντο, σφάζοντες ἵππους λευκούς.

ριδ΄. Φαρμακεύσαντες δὲ ταῦτα ἐς τὸν ποταμὸν, καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς τούτοισι, ἐν Ἐννέα ὁδοῖσι τοῖσι Ἠδωνῶν, ἐπορεύοντο κατὰ τὰς γεφύρας, τὸν Στρυμόνα εὑρόντες ἐζευγμένον. Ἐννέα δὲ ὁδοὺς πυνθανόμενοι τὸν χῶρον τοῦτον καλέεσθαι, τοσούτους ἐν αὐτῷ παῖδάς τε καὶ παρθένους ἀνδρῶν τῶν ἐπιχωρίων ζώοντας κατώρυσσον. Περσικὸν δὲ τὸ ζώοντας κατορύσσειν[h]. ἐπεὶ καὶ Ἄμηστριν τὴν Ξέρξεω γυναῖκα πυνθάνομαι γηράσασαν δὶς ἑπτὰ ἐόντων ἐπιφανέων Περσέων παῖδας ὑπὲρ ἑωϋτῆς τῷ ὑπὸ γῆν λεγομένῳ εἶναι θεῷ ἀντιχαρίζεσθαι κατορύσσουσαν.

ριε΄. Ὡς δὲ ἀπὸ τοῦ Στρυμόνος ἐπορ-

[g] Φιλλίς. h Hujus monitionis nihil est in MS.

ἐύετο ὁ ϛρατὸς, ἐνθαῦτα πρὸς ἡλίȣ δυσμέων ἔϛι αἰγιαλὸς, ἐν τῷ οἰκημένην Αργιλον πόλιν Ἑλλάδα παρεξήϊε. αὕτη δὲ, ϗ ἡ κατύπερθε ταύτης, καλέεται Βισαλτίη. ἐνθεῦτεν δὲ κόλπον τὸν ἐπὶ Ποσιδηΐȣ ἐξ ἀριϛερῆς χερὸς ἔχων, ἤϊε διὰ Συλέος πεδίȣ καλεομένȣ, Στάγειρον πόλιν Ἑλλάδα παραμειϐόμενος· καὶ ἀπίκετο ἐς Ακανθον, ἅμα ἀγόμενος τȣτέων ἕκαϛον τῶν ἐθνέων, ϗ τῶν περὶ τὸ Πάγγαιον ὄρος οἰκεόντων ὁμοίως, ϗ τῶν πρότερον κατέλεξα· τȣ̀ς μὲν παρὰ θάλασσαν ἔχων οἰκημένȣς, ἐν νηυσὶ ϛρατευομένȣς· τȣ̀ς δ' ὑπὲρ θαλάσσης, πεζῇ ἑπομένȣς. τὴν δὲ ὁδὸν ταύτην τῇ βασιλεὺς Ξέρξης τὸν ϛρατὸν ἤλασε, ȣ̓́τε συγχέȣσι Θρήϊκες, ȣ̓́τ' ἐπισπείρȣσι· σέϐονταί τε μεγάλως τὸ μέχρι ἐμεῦ.

ριϛ'. Ὡς δὲ ἄρα ἐς τὴν Ακανθον ἀπίκετο, ξεινίην τε ὁ Πέρσης τοῖσι Ακανθίοισι προεῖπε, ϗ ἐδωρήσατό σφεας ἐσθῆτι Μη-

exercitus, illic ad ſolis occaſum eſt litus, in quo ſitam urbem Graecam nomine Argilum praeteriit. haec et quae ſuper eam eſt regio, vocatur Biſaltia. Illinc autem, ſinum ad Neptuni templum a laeva manu habens, proceſſit trans campum nomine Syleum, praeteriens Stagirum Graecam urbem, pervenitque Acanthum, ducens ſimul unumquemque horum populorum, et item ex accolis montis Pangaei, et ex illis quos ſuperius commemoravi: iis qui maritimi erant, claſſe, qui procul a mari aberant, terreſtri itinere ſequentibus. Hanc autem viam qua rex Xerxes duxit exercitum, Thraces neque confundunt, neque ſerunt, ſed ad mea uſque tempora magnopere venerantur.

116. Poſteaquam autem Acanthum pervenit, imperavit Perſa Acanthiis hoſpitalia, eoſque Medica veſte donavit: lau-

Digitized by Google

davitque quod alacres cerneret esse ad bellum, quodque audiret fossam esse absolutam.

117 Xerxe autem apud Acanthum agente contigit, ut Artachaees, qui fossae faciundae praefuerat, morbo decederet, vir Xerxi spectatus, genere Achaemenides, statura inter Persas procerissima. quippe cui quatuor digiti deerant a longitudine quinque regiorum cubitorum; clamabatque maxime prae aliis. Xerxes magno damno ducens eum fato functum, apparatissime funeravit, inferias illi faciente toto exercitu: cui tanquam heroi ex oraculo Acanthii sacrificant, nomine eum nuncupantes. Et rex quidem Xerxes amisso Artachaee jacturam se fecisse existimabat.

118. At ii Graeci qui exercitum excipiebant, quum Xerxi coenam praeberent, in omnem miseriam devenere, adeo

Digitized by Google

δικῃ· ἐπαίνεέ τε, ὁρέων ϗ τοὺς, προθύμους ἐόντας ἐς τὸν πόλεμον, καὶ τὸ ὄρυγμα ἀκούων.

ριζ'. Εν Ακάνθῳ δὲ ἐόντος Ξέρξεω, ξυνήνεικε ὑπὸ νούσου ἀποθανεῖν τὸν ἐπεστεῶτα τῆς διώρυγος Αρταχαίην, δόκιμον ἐόντα παρὰ Ξέρξῃ, ϗ γένος Αχαιμενίδην· μεγάθεΐ τε μέγιστον ἐόντα Περσέων· (ἀπὸ γὰρ πέντε πηχέων βασιληΐων ἀπέλιπε τέσσερας δακτύλους) φωνέοντά τε μέγιστον ἀνθρώπων. ὥστε Ξέρξεα, συμφορὴν ποιησάμενον μεγάλην, ἐξενεῖκαί τε αὐτὸν κάλλιστα ϗ θάψαι. ἐτυμβοχόεε δὲ πᾶσα ἡ στρατιή. τούτῳ δὲ τῷ Αρταχαίῃ θύουσι Ακάνθιοι ἐκ θεοπροπίου, ὡς ἥροϊ, ἐπονομάζοντες τοὔνομα. βασιλεὺς μὲν δὴ Ξέρξης, ἀπολομένου Αρταχαίεω, ἐποιέετο συμφορήν.

ριη'. Οἱ δὲ ὑποδεκόμενοι Ἑλλήνων τὴν στρατιὴν, ϗ δειπνίζοντες Ξέρξεα, ἐς πᾶν κακοῦ ἀπικέατο, οὕτω ὥστε ἀνάστατοι ἐκ

τῶν οἰκίων ἐγίνοντο· ὅκου γε Θασίοισι ὑπὲρ τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ πολίων τῶν σφετέρων δεξαμένοισι τὴν Ξέρξεω στρατιὴν, καὶ δειπνίσασι, Αντίπατρος ὁ Οργέος ἀραιρημένος τῶν ἀστῶν, ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα, ἀπέδεξε ἐς τὸ δεῖπνον τετρακόσια τάλαντα ἀργυρίου τετελεσμένα.

ριθ΄. Ὡς δὲ παραπλησίως καὶ ἐν τῇσι ἄλλῃσι πόλισι οἱ ἐπεστεῶτες ἀπεδείκνυσαν τὸν λόγον. τὸ γὰρ δεῖπνον τοιόνδέ τι ἐγένετο, οἷα ἐκ πολλοῦ χρόνου προειρημένον καὶ περὶ πολλοῦ ποιεύμενον. τοῦτο μὲν, ὡς ἐπύθοντο τάχιστα τῶν κηρύκων τῶν περιαγγελλόντων, δασάμενοι σῖτον ἐν τῇσι πόλισι οἱ ἀστοὶ, ἄλευρά τε καὶ ἄλφιτα ἐποίευν πάντες ἐπὶ μῆνας συχνούς· τοῦτο δὲ, κτήνεα ἐσίτευον, ἐξευρίσκοντες τιμῆς τὰ κάλλιστα, ἔτρεφόν τε ὄρνιθας χερσαίους, καὶ λιμναίους, ἔν τε οἰκήμασι καὶ λάκκοισι, ἐς ὑποδοχὰς τοῦ στρατοῦ· τοῦτο δὲ, χρύσεά τε καὶ ἀργύρεα ποτή-

Digitized by Google

quidem ut ſuis laribus fierent extorres; dum et Thaſii pro ſuis urbibus quae in continente ſunt accipiunt Xerxis copias et coenam iis praebent, Antipater Orgis filius, electus ab civibus, vir quam maxime probatus, erogavit in coenam quadringenta pecuniae perfecta talenta.

119. Sic igitur magiſtratus et aliarum urbium ſimiliter propoſuere rationem. Tale enim convivium parabatur, utpote jampridem indictum, et multa cura inſtructum; partim quidem ſimulatque audiverunt praecones paſſim annunciantes, tunc vero oppidani frumentum quod in urbibus erat, inter ſe diſtributum in farinam et pultem omnes redigebant ad complures menſes: partim pecora ſaginabant pretio optima reperientes et altiles aves habebant terreſtres paluſtreſque, in cortibus et in vivariis, ad excipiendum exercitum: partim etiam aurea argentea.

Digitized by Google

que pocula et crateres faciebant, et cetera omnia quae ad mensam ponuntur. Haec quidem ipsi regi et iis qui cum illo vescebantur, fiebant: cetero autem exercitui, quae ad esum duntaxat imperata erant. adveniente autem exercitu, tabernaculum stetit fixum paratumque, in quo mansionem caperet rex; reliqui sub dio agebant. Ubi tempus coenae aderat, illi sane qui excipiebant distinebantur labore: isti vero, quum expleti noctem illic exegerant, postero die revulso tentorio et omni paratu sumpto, ita abscedebant, nihil relinquentes, sed omnia asportantes.

120. Unde Megacreontis viri Abderitae elegans dictum extitit, qui suasit Abderitis, ut universi, mares pariter ac feminae, sua delubra adirent, suppliciterque diis assidentes precarentur, ut posthac dimidium futurorum malorum a se pro-

Digitized by Google

ριά τε καὶ κρητῆρες ἐποιεῦντο, καὶ τἄλλα ὅσα ἐπὶ τράπεζαν τιθεάται [a] πάντα. ταῦτα μὲν δὴ αὐτῷ τε βασιλέϊ καὶ τοῖσι ὁμοσίτοισι μετ' ἐκείνυ ἐπεποίητο· τῇ δὲ ἄλλῃ στρατιῇ, τὰ ἐς φορβὴν μῦνα ταςσόμενα. ὅκως δὲ ἀπίκοιτο ἡ στρατιὴ, σκηνὴ μὲν ἔσκε πεπηγυῖα ἑτοίμη, ἐς τὴν αὐτὸς σταθμὸν ποιεέσκετο Ξέρξης, ἡ δὲ ἄλλη στρατιὴ ἔσκε ὑπαίθριος. ὡς δὲ δείπνυ γίνοιτο ὥρη, οἱ μὲν, δεκόμενοι ἔχεσκον πόνον, οἱ δὲ, ὅκως πλησθέντες νύκτα αὐτῦ ἀγάγοιεν, ἐν τῇ [b] ὑστεραίῃ τήντε σκηνὴν ἀνασπάσαντες, καὶ τὰ ἔπιπλα πάντα λαβόντες, ὕτω ἀπελαύνεσκον, λείποντες ὑδὲν, ἀλλὰ φερόμενοι.

ρκʹ. Ενθα δὴ Μεγακρέοντος ἀνδρὸς Αβδηρίτεω ἔπος εὖ εἰρημένον ἐγένετο, ὃς συνεβύλευσε Αβδηρίτῃσι, πανδημεὶ αὐτὺς καὶ γυναῖκας, ἐλθόντας ἐς τὰ σφέτερα ἱρὰ, ἵζεσθαι ἱκέτας τῶν θεῶν, παραιτεομένυς καὶ τὸ λοιπόν σφι ἀπαμύ-

[a] τίθεται. [b] ἀγάγοιεν, τῇ.

Digitized by Google

νειν τῶν ἐπιόντων κακῶν τὰ ἡμίσεα· τῶν τε παροιχομένων ἔχειν σφι μεγάλην χάριν, ὅτι βασιλεὺς Ξέρξης οὐ δὶς ἑκάστης ἡμέρης ἐνόμισε σῖτον αἱρέεσθαι· παρέχειν γὰρ ἂν Ἀβδηρίτῃσι, εἰ καὶ ἄριστον προείρητο ὁμοῖα τῷ δείπνῳ παρασκευάζειν, ἢ μὴ ὑπομένειν Ξέρξεα ἐπιόντα, ἢ καταμείναντας, κάκιστα πάντων ἀνθρώπων διατριβῆναι.

ρκα΄. Οἱ μὲν δὴ πιεζόμενοι, ὁμοίως τὸ ἐπιτασσόμενον ἐπετέλεον. Ξέρξης δὲ ἐκ τῆς Ἀκάνθου ἐντειλάμενος τοῖσι στρατηγοῖσι τὸν ναυτικὸν στρατὸν ὑπομένειν ἐν Θέρμῃ, ἀπῆκε ἀπ' ἑωϋτοῦ τὰς νέας πορεύεσθαι· Θέρμῃ δὲ τῇ ἐν τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ οἰκημένῃ, ἀπ' ἧς καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει. ταύτῃ γὰρ ἐπυνθάνετο συντομώτατον εἶναι. μέχρι μὲν γὰρ Ἀκάνθου ὧδε τεταγμένος ὁ στρατὸς ἐκ Δορίσκου τὴν ὁδὸν ἐποιέετο· τρεῖς μοίρας ὁ Ξέρξης δασάμενος πάντα τὸν πεζὸν στρατὸν, μίαν αὐτέων ἔταξε παρὰ θάλασσαν

Digitized by Google

pulsaretur. nam de praeteritis magnam se gratiam illis habere, quod rex Xerxes non bis quotidie cibum capere consuesset. Fore enim ut Abderitae, si juberentur etiam prandium simile coenae instruere, aut non praestolarentur Xerxem advenientem, aut praestolati, pessime inter omnes homines affligerentur.

121. Et isti quidem quanquam gravate, tamen quod sibi imponebatur exsequebantur. Xerxes vero ex Acantho duces classis a se dimisit, jussos ad Thermam cum classe se opperiri. Est autem Therma in Thermaeo sinu sita, a qua ipse sinus habet cognomen. Hanc enim compendiariam magis viam esse audiebat. nam e Dorisco ad Acanthum usque ita instructus exercitus iter fecerat, tripartito divisus omnis, jussu Xerxis; ut una pars

Digitized by Google

ſecundum mare iret pariter cum claſſe, cui parti praeerant Mardonius et Maſiſtes: altera per mediterranea, cui praeerant Trintataechmes et Gergis: tertia inter has media, cum qua Xerxes ipſe incedebat, ducibus Smerdomene et Megabyzo.

122. Nauticus porro exercitus ubi a Xerxe diſceſſit, foſſam enavigavit in Atho depreſſam, ac perductam ad ſinum, in quo Aſſa et Pidorus et Singus et Sarga urbes ſitae ſunt. Ex quibus ſumpto commilitio, perrexit ire ad ſinum Thermaeum: circumvectuſque Ampelon promontorium Toronaeum, praeternavigavit has Graecas urbes, (unde et naves et commilitium ſumpſit) Toronam, Galepſon, Sermylam, Mecybernam, Olynthum:

Digitized by Google

ἰέναι ὁμοῦ τῷ ναυτικῷ· ταύτης μὲν δὴ ἐστρατήγεον Μαρδόνιός τε καὶ Μασίστης. ἑτέρη δὲ τεταγμένη ἤιε τοῦ στρατοῦ τριτημορὶς τὴν μεσόγαιαν, τῆς ἐστρατήγεον Τρινταταίχμης τε καὶ Γέργις[c]. ἡ δὲ τρίτη τῶν μοιρέων μετ' ἧς ἐπορεύετο αὐτὸς ὁ Ξέρξης, ἤιε μὲν τὸ μέσον αὐτέων, στρατηγοὺς δὲ παρείχετο Σμερδομένεά τε[d] καὶ Μεγάβυζον.

ρκβ΄. Ὁ μὲν νυν ναυτικὸς στρατὸς ὡς ἀπείθη ὑπὸ Ξέρξεω, καὶ διεξέπλωσε[e] τὴν διώρυγα τὴν ἐν τῷ Ἄθῳ γενομένην, διέχουσαν δὲ ἐς κόλπον ἐν τῷ Ἄσσα τε πόλις καὶ Πίλωρος καὶ Σίγγος καὶ Σάργη[f] οἴκηνται. ἐνθεῦτεν, ὡς καὶ ἐκ τουτέων τῶν πολίων στρατιὴν παρέλαβε, ἔπλεε ἀπιέμενος[g] ἐς τὸν Θερμαῖον κόλπον. κάμπτων δὲ Ἄμπελον τὴν Τορωναίην ἄκρην, παραμείβετο Ἑλληνίδας τάσδε πόλις, (ἐκ τῶν νέας τε καὶ στρατιὴν παρέλαβε) Τορώνην, Γαληψὸν, Σερμύλην, Μηκύβερναν, Ὄλυνθον. ἡ μὲν

[c] Σέργις. [d] Σμερδόνεά τε. [e] διέπλωσε. [f] MS. Σάρτη.
[g] ἀπικόμενος.

νυν χώρη αὕτη, Σιθωνίη καλέεται.

ρκγ΄. Ὁ δὲ ναυτικὸς στρατὸς ὁ Ξέρξεω, συντάμνων ἀπ᾽ Ἀμπέλου ἄκρης ἐπὶ Καναστραίην ἄκρην, τὸ δὴ πάσης τῆς Παλλήνης ἀνέχει μάλιστα, ἐνθεῦτεν νέας τε καὶ στρατιὴν παρελάμβανε ἐκ Ποτιδαίης, καὶ Ἀφύτιος, καὶ Νέης πόλιος, καὶ Αἰγῆς, καὶ Θεράμβω, καὶ Σκιώνης, καὶ Μένδης, καὶ Σάνης. αὗται γάρ εἰσι αἱ τὴν νῦν Παλλήνην, πρότερον δὲ Φλέγρην καλεομένην νεμόμεναι. παραπλέων δὲ καὶ ταύτην τὴν χώρην, ἔπλεε ἐς τὸ προειρημένον, παραλαμβάνων στρατιὴν καὶ ἐκ τῶν προσεχέων πολίων τῇ Παλλήνῃ, ὁμουρευσέων δὲ τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ· τῇσι οὐνόματά ἐστι τάδε, Λίπαξος, Κώμβρεια, Λίσαι, Γίγωνος, Κάμψα, Σμίλα, Αἴνεια. ἡ δὲ τουτέων χώρη, Κροσσαίη ἔτι καὶ ἐς τόδε καλέεται. ἀπὸ δὲ Αἰνείης, ἐς τὴν ἐτελεύτων καταλέγων τὰς πόλις, ἀπὸ ταύτης ἤδη ἐς αὐτόν τε τὸν Θερμαῖον κόλπον ἐγίνετο τῷ

quae regio nunc Sithonia nominatur.

123. Ab eo promontorio Ampelo corripiens curſum uſque ad promontorium Canaſtraeum, quod ex tota Pallene prominet maxime, illinc quoque et naves et commilitium ſumpſit, ex Potidaea, ex Aphyti, ex Neapoli, ex Aega, ex Therambo, ex Sciona, ex Menda, ex Sana. Hae ſunt urbes ſitae nunc in Pallena, Phlegra prius appellata. Praeternavigata hac etiam regione, ad praeſtitutum locum pervenit, ſumptis etiam militibus e vicinis Pallenae urbibus ac Thermaeo ſinui conterminis: quibus haec nomina ſunt, Lipaxus, Combrea, Liſſae, Gigonus, Campſa, Smila, Aenea. quarum regio adhuc Croſſaea nominatur. Ab Aenea autem, (in qua finis enumerandarum urbium mihi factus eſt) jam ad ipſum Thermae-

Digitized by Google

um ſinum curſus claſſi extitit, et ad terram Mygdoniam: donec ad Thermam, quo praeceptum erat, perventum eſt, et ad urbem Sindum, et ad Chaleſtram ſuper Axium ſitam flumen, quod Mygdoniam terram dirimit a Bottiaeide: cujus terrae Bottiaeides arctum ad mare locum obtinent urbes Ichnae et Pella.

124. Hîc navales copiae circa flumen Axium et urbem Thermam et alias in medio horum urbes ſtativa habuere, regem opperientes. Huc pervenire volens Xerxes, Acantho profectus cum terreſtribus copiis mediterraneam viam ſequebatur, peragrans Paeonicum agrum atque Creſtonicum, ſuper amnem Chidorum, qui e Creſtonaeis initio ſumpto, per terram Mygdoniam fluens, propter paludem quae eſt ſupra Axium evolvitur.

125. Hâc iter faciente Xerxe, leones impetum dederunt in camelos qui

Digitized by Google

ναυτικῷ στρατῷ πλόος, καὶ γῆν τὴν Μυγδονίην. πλέων δὲ ἀπίκετο ἔς τε τὴν προειρημένην Θέρμην, καὶ Σινδόν τε πόλιν καὶ Χαλέστρην, ἐπὶ τὸν Ἄξιον ποταμὸν, ὃς οὐρίζει χώρην τὴν Μυγδονίην τε καὶ Βοττιαιΐδα· τῆς ἔχουσι τὸ παρὰ θάλασσαν στεινὸν χωρίον πόλις Ἰχναί τε καὶ Πέλλα.

ρκδʹ. Ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς στρατὸς, αὐτοῦ παρὰ[h] Ἄξιον ποταμὸν, καὶ πόλιν Θέρμην, καὶ τὰς μεταξὺ πόλις τουτέων, περιμένων βασιλῆα, ἐστρατοπεδεύετο. Ξέρξης δὲ καὶ ὁ πεζὸς στρατὸς ἐπορεύετο ἐκ τῆς Ἀκάνθου, τὴν μεσόγαιαν τάμνων τῆς ὁδοῦ, βουλόμενος ἐς τὴν Θέρμην ἀπικέσθαι. ἐπορεύετο δὲ διὰ τῆς Παιονικῆς καὶ Κρηστωνικῆς ἐπὶ ποταμὸν Χείδωρον, ὃς ἐκ Κρηστωναίων ἀρξάμενος, ῥέει διὰ Μυγδονίης χώρης, καὶ ἐξίει παρὰ τὸ ἕλος τὸ ἐπ' Ἀξίῳ ποταμῷ.

ρκεʹ. Πορευομένῳ δὲ ταύτῃ, λέοντές οἱ ἐπεθήκαντο τῇσι σιτοφόροισι καμήλοισι.

h MS. περὶ.

Digitized by Google

καταφοιτέοντες γὰρ οἱ λέοντες τὰς νύκτας, καὶ λείποντες τὰ σφέτερα ἤθεα, ἄλλου μὲν οὐδενὸς ἅπτοντο οὔτε ὑποζυγίου, οὔτε ἀνθρώπου, οἱ δὲ τὰς καμήλους ἐκεραΐζον μούνας. θωϋμάζω δὲ τὸ αἴτιον, ὅ,τι κοτε ἦν, τῶν ἄλλων τὸ ἀναγκάζον ἀπεχομένους τοὺς λέοντας, τῇσι καμήλοισι ἐπιτίθεσθαι· τὸ μήτε πρότερον ὀπώπεσαν θηρίον μήτ' ἐπεπειρέατο αὐτοῦ.

ρκς'. Εἰσὶ δὲ κατὰ ταῦτα τὰ χωρία καὶ λέοντες πολλοὶ, καὶ βόες ἄγριοι, τῶν τὰ κέρεα ὑπερμεγάθεά ἐστι τὰ ἐς τοὺς Ἕλληνας φοιτέοντα. οὖρος δὲ τοῖσι λέουσί ἐστι ὅ,τε δι' Αβδήρων ῥέων ποταμὸς Νέστος, καὶ ὁ δι' Ακαρνανίης ῥέων Αχελῷος. οὔτε γὰρ τὸ πρὸς τὴν ἠῶ τοῦ Νέστου οὐδαμόθι πάσης τῆς ἔμπροσθεν Εὐρώπης ἴδοι τὶς ἂν λέοντα, οὔτε πρὸς ἑσπέρης τοῦ Αχελώου ἐν τῇ ὑπολοίπῳ ἠπείρῳ, ἀλλ' ἐν τῇ μεταξὺ τουτέων τῶν ποταμῶν γίνονται.

commeatum portabant. Sub noctem enim relictis locis consuetis eo descendebant, nulloque alio neque jumento neque homine tacto in camelos solos grassati sunt. Cujus caussam admiror, quaecunque illa erat, quod leones compelleret abstinentes ab aliis adoriri camelos: quod animal nunquam antea nec viderant nec experti illic fuerant.

126. Sunt autem per ea loca leones multi, et boves ăgrestes praegrandibus cornibus, quae ad Graecos veniunt. Leonum autem terminus est hinc Nestus flumen per Abdera, inde Achelous per Acarnaniam fluens. nam neque ad auroram trans Nestum viserit quis leonem usquam gentium in Europa, aut trans Acheloum ad occidentem in reliqua continente: sed in horum fluviorum medio leones gignuntur.

Digitized by Google

127. Postquam autem Thermam venit Xerxes, ibi substitit, tantum ad mare spatii occupantibus castris quantum est ab urbe Therma et Mygdonia usque ad Lydian et Haliacmona, qui amnes agrum Bottiaeicum Macedonicumque terminant in eundem alveum confluentes. In his locis stativa habuere barbari: quibus ad potum solus ex iis qui commemorati sunt amnibus Chidorus e Crestonaeis fluens non suppetiit, sed defecit.

128. Xerxes e Therma prospiciens Thessalicos montes, Olympum et Ossam, praecelsae magnitudinis, audiensque in medio eorum canalem angustum esse, per quem fluit Peneus, et illic viam esse quae in Thessaliam fert, cupidine captus est navigandi ad ostium Penei inspicium-

Digitized by Google

ρκζʹ. Ὡς δὲ ἐς τὴν Θέρμην ἀπίκετο ὁ Ξέρξης, ἵδρυσε αὐτοῦ τὴν στρατιήν. ἐπέχε δὲ ὁ στρατὸς αὐτοῦ στρατοπεδευόμενος τὴν παρὰ θάλασσαν χώρην τοσήνδε [a]· ἀρξάμενος ἀπὸ Θέρμης πόλιος καὶ τῆς Μυγδονίης, μέχρι Λυδίεώ τε ποταμοῦ καὶ Ἁλιάκμονος, οἳ οὐρίζουσι γῆν τὴν Βοττιαιίδα τε καὶ Μακεδονίδα, ἐς τὠϋτὸ ῥέεθρον τὸ ὕδωρ συμμίσγοντες. ἐστρατοπεδεύοντο μὲν δὴ ἐν τούτοισι τοῖσι χωρίοισι [b] οἱ βάρβαροι. τῶν δὲ καταλεχθέντων τουτέων ποταμῶν, ἐκ Κρηστωναίης [c] ῥέων Χείδωρος, μοῦνος οὐκ ἀντέχρησε τῇ στρατιῇ πινόμενος, ἀλλ' ἐπέλιπε.

ρκηʹ. Ξέρξης δὲ ὁρέων ἐκ τῆς Θέρμης οὔρεα τὰ Θεσσαλικὰ, τόν τε Ὄλυμπον καὶ τὴν Ὄσσαν, μεγάθεΐ τε ὑπερμήκεα ἐόντα, διὰ μέσου τε αὐτέων αὐλῶνα στεινὸν πυνθανόμενος εἶναι, δι' οὗ ῥέει ὁ Πηνειὸς, ἀκούων τε εἶναι ταύτῃ ὁδὸν ἐς Θεσσαλίην φέρουσαν, ἐπεθύμησε πλώσας θεήσασθαι

[a] τοσόνδε. [b] χώροισι. [c] Κρηστωναίων,

τὴν ἐκβολὴν τοῦ Πηνειοῦ· ὅτι τὴν ἄνω ὁδὸν ἔμελλε ἐλᾶν διὰ Μακεδόνων τῶν κατύπερθε οἰκημένων ἐς Περαιβοὺς παρὰ Γόννον πόλιν· ταύτῃ γὰρ ἀσφαλέστατον ἐπυνθάνετο εἶναι. ὡς δὲ ἐπεθύμησε, καὶ ἐποίεε ταῦτα, ἐσβὰς ἐς Σιδωνίην νέα, ἐς τήνπερ ἐσέβαινε αἰεὶ ὅκως τοι ἐθέλοι τοιοῦτο ποιῆσαι, ἀνέδεξε σημήϊον καὶ τοῖσι ἄλλοισι ἀνάγεσθαι, καταλιπὼν αὐτοῦ τὸν πεζὸν στρατόν. Επεὶ δὲ ἀπίκετο, καὶ ἐθεήσατο Ξέρξης τὴν ἐκβολὴν τοῦ Πηνειοῦ, ἐν θωύματι μεγάλῳ ἐνέσχετο. καλέσας δὲ τοὺς κατηγεμόνας τῆς ὁδοῦ, εἴρετο εἰ τὸν ποταμόν ἐστι παρατρέψαντα, ἑτέρῃ ἐς θάλασσαν ἐξαγαγεῖν.

ρκθʹ. Τὴν δὲ Θεσσαλίην λόγος ἐστὶ τοπαλαιὸν εἶναι λίμνην, ὥστέ γε συγκεκλημένην [d] πάντοθεν ὑπερμήκεσι οὔρεσι. τὰ μὲν γὰρ αὐτῆς πρὸς τὴν ἠῶ ἔχοντα, τό, τε Πήλειον οὖρος καὶ ἡ Οσσα ἀποκλείει, συμμίσγοντα τὰς ὑπωρείας ἀλλήλοισι·

[d] συγκεκλῃσμένην.

dum: quia ſuperiorem viam tenenti erat eundum per Macedones ſuperne habitantes ad Peraebos, praeter Gonnum urbem. nam hâc tutiſſimum iter eſſe audiebat. Atque ut concupivit, ita et fecit. itaque conſcenſa navi Sidonia, (quam ſemper conſcendebat quoties ei tale aliquid facere libebat) extulit ſignum ceteris quoque navibus ſolvendi, relictis illic terreſtribus copiis. Eo poſtquam pervenit, oſtium Penei contemplantem ingens admiratio quum ſubiret, accitos viae ductores interrogavit nunquid flumen poſſet averti, ut alibi mare ingrederetur.

129. Narratur autem Theſſalia quondam palus fuiſſe, utpote concluſa undique praealtis montibus. nam quae ejus ad auroram ſpectant, ea Pelion mons et Oſſa junctis inter ſe radicibus praecludunt;

Digitized by Google

quae ad ventum aquilonem, Olympus; quae ad occasum, Pindus; quae ad meridiem et ventum austrum, Othrys: quod inter hos, quos dixi, montes medium, id Thessalia est, ita cava, ut cum alii frequentes amnes in eam influant, tum hi quinque maxime praecipui, Peneus, Apidanus, Onochonus, Enipeus, Pamisus: qui e montibus Thessaliam cingentibus in eam planitiem confluentes et nominibus cogniti, per unum canalem et eum arctum in mare evadunt, in unam aquam omnes ante redacti: et simulac confluentem fecerunt, Peneus excellens suo nomine ceteros innominatos reddit. Fertur quondam, quum nondum esset hic canalis et effluxus, hos fluvios et praeter eos paludem Boebeidem non habuisse nomen, quemadmodum nunc, et tamen non

Digitized by Google

τὰ δὲ πρὸς βορέω ἀνέμου, Οὔλυμπος· τὰ δὲ πρὸς ἑσπέρην, Πίνδος· τὰ δὲ πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ ἄνεμον νότον, ἡ Ὄθρυς. τὸ μέσον δὲ τουτέων τῶν λεχθέντων οὐρέων ἡ Θεσσαλίη ἐστὶ, ἐοῦσα κοίλη. ὥστε ὦν ποταμῶν καὶ ἄλλων συχνῶν ἐς αὐτὴν [c] ἐσβαλλόντων, πέντε δὲ τῶν δοκίμων μάλιστα τῶνδε, Πηνειοῦ, καὶ Απιδανοῦ, καὶ Ονοχώνου, καὶ Ενιπέος, καὶ Παμίσου· οἱ μέν νυν ἐς τὸ πεδίον τοῦτο συλλεγόμενοι ἐκ τῶν οὐρέων τῶν περικληϊόντων τὴν Θεσσαλίην ὀνομαζόμενοι, δι' ἑνὸς αὐλῶνος καὶ τούτου στεινοῦ, ἔκροον ἔχουσι ἐς θάλασσαν, προσυμμίσγοντες τὸ ὕδωρ πάντες ἐς τὠυτό· ἐπεὰν δὲ συμμιχθέωσι τάχιστα, ἐνθεῦτεν ἤδη ὁ Πηνειὸς τῷ οὐνόματι κατακρατέων, ἀνωνύμους τοὺς ἄλλους ποιέει εἶναι. τὸ δὲ παλαιὸν λέγεται, οὐκ ἐόντος κω τοῦ αὐλῶνος καὶ διεκρόου τούτου, τοὺς ποταμοὺς τούτους, καὶ πρὸς τοῖσι ποταμοῖσι τούτοισι τὴν Βοιβηΐδα λίμνην, οὔτε οὐνομάζεσθαι κατά-

c Hae duae voces ἐς αὐτὴν non exstant in MS.

Digitized by Google

περ νῦν, ῥέειν τε ὐδὲν ἧσσον ἢ νῦν· ῥέοντας δὲ, ποιέειν τὴν Θεσσαλίην πᾶσαν πέλαγος. αὐτοὶ μέν νυν Θεσσαλοί φασι Ποσειδέωνα ποιῆσαι τὸν αὐλῶνα, δι' ὗ ῥέει ὁ Πηνειός· οἰκότα λέγοντες. ὅστις γὰρ νομίζει Ποσειδέωνα τὴν γῆν σείειν, καὶ τὰ διεστεῶτα[f] ὑπὸ σεισμῦ, τῦ θεῦ τύτυ ἔργα εἶναι, κἂν ἐκεῖνο ἰδὼν, φαίη Ποσειδέωνα ποιῆσαι. ἔργον γάρ ἐστι σεισμῦ, (ὡς ἐμοὶ φαίνεται) ἡ διάστασις τῶν ὐρέων.

ρλ'. Οἱ δὲ καλῃγεόμενοι, εἰρομένυ Ξέρξεω εἰ ἔστι ἄλλη ἔξοδος ἐς θάλασσαν τῷ Πηνειῷ, ἐξεπιστάμενοι ἀτρεκέως, εἶπον, 'Βασιλεῦ, ποταμῷ τύτῳ ὐκ ἔστι ἄλλη 'ἐξήλυσις ἐς θάλασσαν κατήκυσα, ἀλλ' 'ἥδε αὕτη· ὔρεσι γὰρ περιεστεφάνωται πᾶ-'σα ἡ Θεσσαλίη.' Ξέρξεα δὲ λέγεται εἰπεῖν πρὸς ταῦτα, 'Σοφοὶ ἄνδρες εἰσὶ 'Θεσσαλοί. ταῦτ' ἄρα πρὸ πολλῦ ἐφυ-'λάξαντο γνωσιμαχέοντες καὶ τἄλλα, καὶ 'ὅτι χώρην ἄρα εἶχον εὐαίρετόν τε καὶ

[f] διεστῶτα.

Digitized by Google

ροή. Οἱ μὲν δὴ Ἕλληνες κατὰ τάχος ἐβοήθεον διαταχθέντες· Δελφοὶ δ' ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐχρηστηριάζοντο τῷ θεῷ, ὑπὲρ ἑωϋτῶν καὶ τῆς Ἑλλάδος καταῤῥωδηκότες. καί σφι ἐχρήσθη ἀνέμοισι εὔχεσθαι· μεγάλους γὰρ τούτους ἔσεσθαι τῇ Ἑλλάδι συμμάχους. Δελφοὶ δὲ δεξάμενοι τὸ μαντήϊον, πρῶτα μὲν Ἑλλήνων τοῖσι βουλομένοισι εἶναι ἐλευθέροισι, ἐξήγγειλαν τὰ χρησθέντα αὐτοῖσι. καί σφι δεινῶς καταῤῥωδέουσι τὸν βάρβαρον ἐξαγγείλαντες, χάριν ἀθάνατον κατέθεντο. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ Δελφοὶ τοῖσι ἀνέμοισι βωμόν τε ἀπεδέξαντο ἐν Θυίῃς, (τῇπερ τῆς Κηφισσοῦ θυγατρὸς Θυίης τὸ τέμενός ἐστι, ἐπ' ἧς καὶ ὁ χῶρος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει) καὶ θυσίῃσί σφεας μετήϊσαν. Δελφοὶ μὲν δὴ κατὰ τὸ χρηστήριον ἔτι καὶ νῦν τοὺς ἀνέμους ἱλάσκονται.

ροθ'. Ὁ δὲ ναυτικὸς Ξέρξεω στρατὸς

Digitized by Google

ὁρμεώμενος ἐκ Θέρμης πόλιος, παρέβαλε νηυσὶ τῆσι ἄριστα πλεούσῃσι δέκα, ἰθὺ Σκιάθου· ἔνθα ἔσαν προφυλάσσουσαι νέες τρεῖς Ἑλληνίδες, Τροιζηνίη τε καὶ Αἰγιναίη [e] καὶ Ἀττική. προϊδόντες δὲ οὗτοι τὰς νέας τῶν βαρβάρων, ἐς φυγὴν ὥρμησαν.

ρπʹ. Τὴν μὲν δὴ Τροιζηνίην, τῆς ἦρχε Πρηξῖνος, αὐτίκα αἱρέουσι ἐπισπόμενοι οἱ βάρβαροι. καὶ ἔπειτα τῶν ἐπιβατέων αὐτῆς τὸν καλλιστεύοντα ἀγαγόντες ἐπὶ τὴς πρώρης τῆς νηὸς ἔσφαξαν, διαδέξιον ποιεύμενοι τὸν εἷλον τῶν Ἑλλήνων πρῶτον καὶ κάλλιστον. τῷ δὲ σφαγιασθέντι τούτῳ τοὔνομα ἦν Λέων. τάχα δ' ἄν τι καὶ τοῦ οὐνόματος ἐπαύροιτο.

ρπαʹ. Ἡ δὲ Αἰγιναίη, τῆς ἐτριηράρχεε Ἀσωνίδης, καί τινά σφι θόρυβον παρέσχε, Πύθεω τοῦ Ἰσχενόου ἐπιβατεύοντος, ἀνδρὸς ἀρίστου γενομένου ταύτην τὴν ἡμέρην· ὃς, ἐπειδὴ ἡ νηῦς ἡλίσκετο, ἐς τοῦτο ἀντεῖχε μαχόμενος, ἐς ὃ κατεκρεουργήθη ἅπας, ὡς

[e] Αἰγινίη.

tus ex urbe Therma movens, decem ex omnibus navibus velocissimas recta trajecit in Sciathum, ubi erant tres praesidiariae naves Graecae, Troezenia, Aeginaea, Attica: quae prospicientes barbarorum naves, in fugam se proripuerunt.

180. Sed ex iis Troezeniam, cui praeerat Praxinus, insequuti barbari, continuo capiunt; ac deinde strenuissimum propugnatorum ejus ducentes, in prora navis jugulant, persaustum existimantes, quem primum et strenuissimum Graecorum ceperant: huic autem, quem mactaverunt, nomen erat Leon; fortasse etiam non nihil ipso nomine fruitus est.

181. Aeginaea vero, cujus trierarchus erat Asonides, nonnihil tumultus hostibus praestitit, quod inter propugnatores erat Pythes Ischenoi filius, vir eo die praestantissimus; qui quum caperetur navis, tamen eousque pugnando restitit, donec totus in frusta carnis concisus est;

Digitized by Google

quumque collapſus non eſſet mortuus, ſed ſpiraret, Perſae qui in navibus militarem operam praeſtabant, admiratione virtutis, magnum operae pretium putaverunt ſervare, vulnera myrrha ſanantes, ſindoniſque byſſinae faſciis obvolventes, ac rurſus in caſtra ſua reverſi, hominem univerſo exercitui oſtentabant admirabundi, ac probe excipientes: quum alios quos in eadem navi ceperant, tanquam mancipia tractarent.

182. Duabus navibus ita interceptis, tertia, cui praeerat Phirmus vir Athenienſis, dum fugit, ad oſtia Penei impacta eſt; qua ſine viris barbari potiti ſunt. nam Athenienſes, ſimulatque navem impegerunt, ab ea deſilientes, iter per Theſſaliam intenderunt, ſeque Athenas receperunt. Hujus rei per ignes e Sciatho editos facti certiores Graeci qui ad Artemiſium caſtra

Digitized by Google

δὲ πεσὼν ὐκ ἀπέθανε, ἀλλ' ἦν ἔμπνοος, οἱ Πέρσαι οἵπερ ἐπεβάτευον ἐπὶ τῶν νεῶν, δι' ἀρετὴν τὴν ἐκείνυ, περιποιῆσαί μιν περὶ πλείςυ ἐποιήσαντο, σμύρνῃσί τε ἰώμενοι τὰ ἕλκεα, καὶ σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατελίσσοντες. καί μιν, ὡς ὀπίσω ἀπίκοντο ἐς τὸ ἑωϋτῶν ςρατόπεδον, ἐπεδείκνυσαν ἐκπαγλεόμενοι πάσῃ τῇ ςρατιῇ, περιέποντες εὖ· τὺς δὲ ἄλλυς τὺς ἔλαβον ἐν τῇ νηῒ ταύτῃ, περιεῖπον ὡς ἀνδράποδα.

ρπϐ'. Αἱ μὲν δὴ δύο τῶν νεῶν ὕτω ἐχειρώθησαν. ἡ δὲ τρίτη, τῆς ἐτριηράρχεε Φόρμος, ἀνὴρ Αθηναῖος, φεύγυσα, ἐξοκέλλει ἐς τὰς ἐμβολὰς τῦ Πηνειῦ· καὶ τῦ μὲν σκάφεος ἐκράτησαν οἱ βάρβαροι, τῶν δὲ ἀνδρῶν, ὔ. ὡς γὰρ δὴ τάχιςα ἐπώκειλαν τὴν νέα οἱ Αθηναῖοι, ἀποθορόντες, κατὰ Θεσσαλίην πορευόμενοι ἐκομίσθησαν ἐς τὰς Αθήνας. Ταῦτα οἱ Ἕλληνες οἱ ἐπ' Αρτεμισίῳ ςρατοπεδευόμενοι πυν-

Digitized by Google

θαίνονται παρὰ πυρσῶν ἐκ Σκιάθου. πυθόμενοι δὲ καὶ καταῤῥωδήσαντες, ἀπὸ τοῦ Ἀρτεμισίου μετωρμίζοντο ἐς Χαλκίδα, φυλάξοντες μὲν τὸν Εὔριπον, λείποντες δὲ ἡμεροσκόπους περὶ τὰ ὑψηλὰ τῆς Εὐβοίης.

ρογʹ. Τῶν δὲ δέκα νεῶν τῶν βαρβάρων τρεῖς ἐπέλασαν περὶ τὸ ἕρμα τὸ μεταξὺ ἐὸν Σκιάθου τε καὶ Μαγνησίης, καλεόμενον δὲ Μύρμηκα. ἐνθαῦτα οἱ βάρβαροι, ἐπειδὴ στήλην λίθου ἐπέθηκαν, κομίσαντες ἐπὶ τὸ ἕρμα, ὁρμηθέντες αὐτοὶ ἐκ Θέρμης, ὥς σφι τὸ ἐμποδὼν ἐγεγόνεε καθαρὸν, ἐπέπλεον πάσῃσι τῇσι νηυσὶ, ἕνδεκα ἡμέρας παρέντες μετὰ τὴν βασιλέος ἐξέλασιν ἐκ Θέρμης. τὸ δὲ ἕρμα σφι κατηγήσατο ἐὸν ἐν πόρῳ μάλιστα Πάμμων Σκύριος. πανημερὸν δὲ πλώοντες οἱ βάρβαροι, ἐξανύουσι τῆς Μαγνησίης χώρης ἐπὶ Σηπιάδα τε καὶ τὸν αἰγιαλὸν τὸν μεταξὺ Κασθαναίης πόλιος ἐόντα καὶ Σηπιάδος ἀκτῆς.

Digitized by Google

habebant, et ob id perterriti, illinc Chalcidem concesserunt quidem ad Euripum tutandum, relictis tamen per edita Euboeae loca diurnis speculatoribus.

183. Ex illis autem decem barbarorum navibus tres ad saxum, quod est inter Sciathum et Magnesiam, nomine Myrmecem, invectae sunt. quo loco ubi barbari lapideam columnam apportatam imposuere, ipsi qui ex Therma solverunt, postquam omnia ante oculos fuerunt pura, cum totâ classe adnavigabant undecim diebus ex quo rex a Therma discesserat, interpositis: sed eos ad id saxum quod erat in trajectu deducebat praecipue Scyrius Pammon. Hinc totum diem navigantes barbari, partem orae Magnesiae peragunt ad Sepiadem, et litus quod est inter urbem Casthanaeam et oram Sepiadem.

Digitized by Google

184. Ad hunc uſque locum atque Thermopylas exſors malorum Xerxis exercitus fuit: et adhuc multitudo erat, quemadmodum ego conjiciendo invenio navium quidem ex Aſia mille ducentarum ſeptem: antiquam turbam e ſingulis nationibus millia ducenta et quadraginta unum ac quadringentos, ducenos ſupputando viros in unaquaque nave: et in his navibus praeter indigenas ſingularum propugnatores, erant Perſarum Medorumque ac Sacarum triceni epibatae. Haec alia turba conſtabat ex triginta ſex millibus, ducentiſque ac decem. Adjiciam autem huic et ſuperiori numero eos qui ſunt ex navibus quinquaginta remorum, ſupponens, quidquid plus erat in eis aut minus, ad ſingulas octoginta viros. Quarum navium ſumma, ut ſuperius jam a me dictum eſt, trium millium fuit. ita in eis

Digitized by Google

ρπδ'. Μέχρι μέν νυν τούτου τοῦ χώρου καὶ Θερμοπυλέων, ἀπαθής τε κακῶν ἔην ὁ στρατός· καὶ πλῆθος ἔην τηνικαῦτα, ὥς[f] ἐγὼ συμβαλεόμενος εὑρίσκω, τῶν[g] μὲν ἐκ τῶν νεῶν τῶν ἐκ τῆς Ἀσίης ἐουσέων ἑπτὰ καὶ διηκοσίων καὶ χιλιέων· τὸν μὲν ἀρχαῖον ἑκάστων τῶν ἐθνέων ἐόντα ὅμιλον, τέσσερας καὶ εἴκοσι μυριάδας, καὶ πρὸς, χιλιάδα τε καὶ τετρακοσίους· ὡς ἀνὰ διηκοσίους ἄνδρας λογιζομένοισι ἐν ἑκάστῃ νηΐ. ἐπεβάτευον δὲ ἐπὶ τουτέων τῶν νεῶν, χωρὶς ἑκάστων τῶν ἐπιχωρίων ἐπιβατέων, Περσέων τε καὶ Μήδων καὶ Σακέων, τριήκοντα ἄνδρες. οὗτος ἄλλος ὅμιλος γίνεται τρισμύριοι, καὶ ἑξακισχίλιοι, καὶ πρὸς, διηκόσιοί τε καὶ δέκα. προσθήσω δέ τι τούτῳ καὶ τῷ προτέρῳ ἀριθμῷ τοὺς ἐκ τῶν πεντηκοντέρων, ποιήσας ὅτι πλέον ἦν αὐτέων ἢ ἔλασσον ἂν ὀγδώκοντα ἄνδρας ἐνεῖναι. συνελέχθη δὲ ταῦτα τὰ πλοῖα (ὡς καὶ πρότερόν μοι ἐρρήθη) τρισχίλια. ἤδη ὦν ἄνδρες

[f] τηνικαῦτα ἔτι (ὡς. [g] εὑρίσκω) τόσοι· τῶν.

ἂν εἶεν ἐν αὐτοῖσι τέσσερες μυριάδες, καὶ εἴκοσι. τοῦτο μέν νυν τὸ ἐκ τῆς Ἀσίης ναυτικὸν ἦν σύμπαν ἐὸν, πεντήκοντα μυριάδες, καὶ μία· χιλιάδες τε ἔπεισι ἐπὶ ταύτῃσι ἑπτὰ, καὶ πρὸς, ἑκατοντάδες ἓξ, καὶ δεκάς. τοῦ δὲ πεζοῦ, ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν μυριάδες ἐγίνοντο· τῶν δὲ ἱππέων, ὀκτὼ μυριάδες. προσθήσω δ' ἔτι τούτοισι τὰς καμήλους τοὺς ἐλαύνοντας Ἀραβίους, καὶ τοὺς τὰ ἅρματα Λίβυας, πλῆθος ποιήσας δισμυρίους ἄνδρας. καὶ δὴ τό, τε ἐκ τῶν νεῶν καὶ τοῦ πεζοῦ πλήθεος συντιθέμενον, γίνεται διηκόσιαί τε μυριάδες, καὶ τριήκοντα, καὶ μία, καὶ πρὸς, χιλιάδες ἑπτὰ, καὶ ἑκατοντάδες ἓξ καὶ δεκάδες δύο. τοῦτο μὲν δὴ τὸ [a] ἐξ αὐτῆς τῆς Ἀσίης στράτευμα ἐξαναχθὲν εἴρηται, ἄνευ τε τῆς θεραπηΐης τῆς ἑπομένης, καὶ τῶν σιταγωγῶν πλοίων, καὶ ὅσοι ἐνέπλεον τούτοισι.

ρπε'. Τὸ δὲ δὴ ἐκ τῆς Εὐρώπης ἀγόμενον στράτευμα, ἔτι προσλογιστέα τοῦτῳ

[a] μὲν τὸ

ſuerint virorum ducenta et quadraginta millia. Haec igitur erat claſſis ex Aſia, quingentorum et decem millium virorum in univerſum, et praeterea ſeptem millium ſexcentorum decem. Peditatus fuit decies ſepties centenum millium: equitatus, octoginta millium: quibus addo Arabes qui camelos, Afros qui currus agitabant, quos facio viginti millium. Quae copiae claſſiariae et terreſtres in ſummam redactae fiunt ter et vicies centena et praeterea decem et ſeptem millia, ſexcenti et viginti. Has copias ex ipſa Aſia fuiſſe eductas dictum eſt, praeter ſervitia quae comitabantur, et frumentarias naves, et quot in eis vehebantur.

185. Huic omni enumerato exercitui adjiciendus eſt ille ductus ex Europa,

Digitized by Google

de quo ex opinione dicere oportet. Isti igitur Graeci ab Thracia, et ex insulis Thraciae objacentibus, praebuerunt naves centum viginti, quarum viri fiunt viginti quatuor millia: terrestres copias praebuerunt Thraces, et Paeones, et Eordi, et Bottiaei, et genus Chalcidicùm, et Brygi, et Pieres, et Macedones, et Perrhaebi, et Enienes, et Dolopes, et Magnetes, et Achaei, et qui maritima Thraciae habitabant. Harum nationum reor trecenta millia fuisse: quae myriades illis Asiaticis adjectae, fiunt in summa virorum pugnantium ducentae sexaginta quatuor, et praeterea mille sexcenti ac decem.

186. Hoc autem ipso tali pugnantium numero non pauciora sed plura fuisse arbitror, quae eos comitabantur ministerii

Digitized by Google

παντὶ τῷ ἐξηριθμημένῳ. δόκησιν δὲ δὴ δεῖ[b] λέγειν. νέας μέν νυν οἱ ἀπὸ Θρηΐκης Ἕλληνες, καὶ ἐκ τῶν νήσων τῶν ἐπικειμένων τῇ Θρηΐκῃ, παρείχοντο εἴκοσι καὶ ἑκατόν. ἐκ μέν νυν τουτέων τῶν νέων, ἄνδρες τετρακισχίλιοι καὶ δισμύριοι γίνονται. πεζοῦ δὲ, τὸν Θρήϊκες παρείχοντο, καὶ Παίονες, καὶ Εορδοὶ, καὶ Βοττιαῖοι, καὶ τὸ Χαλκιδικὸν γένος, καὶ Βρύγοι, καὶ Πίερες, καὶ Μακεδόνες, καὶ Περραιβοὶ, καὶ Ενιῆνες, καὶ Δόλοπες, καὶ Μάγνητες, καὶ Αχαιοὶ, καὶ ὅσοι τῆς Θρηΐκης τὴν παραλίην νέμονται· τουτέων τῶν ἐθνέων, τριήκοντα μυριάδας δοκέω γενέσθαι. αὗται ὦν αἱ μυριάδες ἐκείνῃσι προστεθεῖσαι τῇσι ἐκ τῆς Ασίης, γίνονται ἀνδρῶν αἱ πᾶσαι μάχιμοι μυριάδες διηκόσιαι, καὶ ἑξήκοντα, καὶ τέσσερες. ἔπεισι δὲ ταύτῃσι ἑκατοντάδες ἑκκαίδεκα, καὶ δεκάς.

ρπϛʹ. Τοῦ μαχίμου δὲ τούτου ἐόντος ἀριθμὸν τοσούτου, τὴν θεραπηΐην τὴν ἑπομένην τούτοισι, καὶ τοὺς ἐν τοῖσι σιταγωγοῖσι

[b] δόκησιν δὲ δεῖ.

ἀκάτοισι [c] ἐόντας, καὶ μάλα ἐν τοῖσι ἄλλοισι πλοίοισι, τοῖσι ἅμα πλέουσι τῇ στρατιῇ, τούτους τῶν μαχίμων ἀνδρῶν οὐ δοκέω εἶναι ἐλάσσονας, ἀλλὰ πλεῦνας. καὶ δή σφεας ποιέω ἴσους ἐκείνοισι εἶναι, καὶ οὔτε πλεῦνας, οὔτε ἐλάσσονας οὐδέν. ἐξισούμενοι δὲ οὗτοι τῷ μαχίμῳ, ἐκπληροῦσι τὰς ἴσας μυριάδας ἐκείνῃσι. οὕτω πεντηκοσίας τε μυριάδας καὶ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ, καὶ χιλιάδας τρεῖς, καὶ ἑκατοντάδας δύο, καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἤγαγε Ξέρξης ὁ Δαρείου μέχρι Σηπιάδος, καὶ Θερμοπυλέων.

ρπζʹ. Οὗτος μὲν δὴ τοῦ συνάπαντος [d] στρατεύματος τοῦ Ξέρξεω ἀριθμός. γυναικῶν δὲ σιτοποιέων, καὶ παλλακέων, καὶ εὐνούχων, οὐδεὶς ἂν εἴποι ἀτρεκέα ἀριθμόν. οὐδ' αὖ ὑποζυγίων τε, καὶ τῶν ἄλλων κτηνέων τῶν ἀχθοφόρων, καὶ κυνῶν Ἰνδικῶν τῶν ἑπομένων, οὐδ' ἂν τουτέων ὑπὸ πλήθεος οὐδεὶς ἂν εἴποι ἀριθμόν. ὥστε οὐδέν μοι θῶυμα παρίσταται προδοῦναι τὰ ῥέεθρα τῶν ποταμῶν

[c] ἀκάτοις. [d] σύμπαντος.

inſtrumenta, et eos qui in frumentariis acatiis erant, et omnino in aliis navibus quae una cum exercitu procedebant. Et ſane facio illos iſtis pares eſſe, et neque plures neque ulla parte pauciores. Ita aequati numero pugnantium, explent eaſdem illis myriadas. Sic quingentas et viginti octo myriadas, et tria millia ducentos et viginti viros Xerxes Darii filius duxit ad Sepiadem uſque et ad Thermopylas.

187. Hic eſt univerſarum copiarum Xerxis numerus. Nam mulierum pinſentium et pallacarum et eunuchorum numerum nemo pro comperto dixerit: ac ne impedimentorum quidem, aliorumque jumentorum ſarcinariorum, neque canum Indicorum exercitum comitantium, prae multitudine quiſquam iniverit numerum. Quo minus miror prodidiſſe fluenta quorundam amnium; magis mi-

Digitized by Google

ror, quomodo tot myriadibus cibaria suppetierint. nam subducta ratione comperio, si singuli quotidie singulos frumenti choenicas, et non amplius acceperunt, absumpta fuisse singulis diebus centum decem millia medimnorum, et alios trecentos ac quadraginta medimnos. Haud annumero datum mulieribus eunuchisque, et jumentis, atque canibus. In quo exercitu quum tot virorum myriades forent, nec specie nec magnitudine corporis quisquam eorum Xerxe ipso erat dignior qui illud imperium obtineret.

188. Navales autem copiae, postquam e statione solverunt, provectaeque litus terrae Magnesiae tenuerunt, quae est inter urbem Casthanaeam et oram Sepiadem, primae quaeque naves ad terram habuere stationem, aliae deinceps in ancoris; utpote quum non magnum foret litus, capitibus in pontum obversis sta-

Digitized by Google

ἐνίων, ἀλλὰ μᾶλλον ὅκως τὰ σιτία ἀντέχρησε θωῦμά μοι μυριάσι τοσαύτῃσι. εὑρίσκω γὰρ συμβαλλεόμενος, εἰ χοίνικα πυρῶν ἕκαστος τῆς ἡμέρης ἐλάμβανε, καὶ μηδὲν πλέον, ἕνδεκα μυριάδας μεδίμνων τελεομένας ἐπ' ἡμέρῃ ἑκάστῃ, καὶ πρὸς, τριηκοσίους τε ἄλλους μεδίμνους, καὶ τεσσεράκοντα. γυναιξὶ δὲ καὶ εὐνούχοισι, καὶ ὑποζυγίοισι, καὶ κυσὶ, οὐ λογίζομαι. ἀνδρέων δ' ἐουσέων τοσουτέων μυριαδέων, κάλλεός τε εἵνεκα, καὶ μεγάθεος, οὐδεὶς αὐτέων ἀξιονικότερος ἦν αὐτοῦ Ξέρξεω ἔχειν τοῦτο τὸ κράτος.

ρπη'. Ὁ δὲ δὴ ναυτικὸς στρατὸς, ἐπεί τε ὁρμηθεὶς ἔπλεε, καὶ κατέσχε τῆς Μαγνησίης χώρης ἐς τὸν αἰγιαλὸν, τὸν μεταξὺ Κασθαναίης τε πόλιος ἐόντα καὶ Σηπιάδος ἀκτῆς, αἱ μὲν δὴ πρῶται τῶν νεῶν ὥρμεον πρὸς τῇ γῇ, ἄλλαι δ' ἐπ' ἐκείνῃσι ἐπ' ἀγκυρέων· ἅτε γὰρ τοῦ αἰγιαλοῦ ἐόντος οὐ μεγάλου, πρόκροσσαι ὁρ-

μέοντο ἐς πόντον, καὶ ἐπὶ ὀκτὼ νέας, ταύτην μὲν τὴν εὐφρόνην ὅτω. ἅμα δὲ ὄρθρω, ἐξ αἰθρίης τε καὶ νηνεμίης τῆς θαλάσσης ζεσάσης, ἐπέπεσέ σφι χειμών τε μέγας καὶ πολλὸς ἄνεμος ἀπηλιώτης, τὸν δὴ Ἑλλησποντίην καλέουσι οἱ περὶ ταῦτα τὰ χωρία οἰκημένοι. ὅσοι μὲν ὧν αὐξόμενον [e] ἔμαθον τὸν ἄνεμον, καὶ τοῖσι ὅτω εἶχε ὅρμου, οἵδ' ἔφθησαν τὸν χειμῶνα, ἀνασπάσαντες τὰς νέας, καὶ αὐτοί τε περιῆσαν καὶ αἱ νέες αὐτέων· ὅσας δὲ τῶν νεῶν μεταρσίας ἔλαβε, τὰς μὲν ἐξέφερε πρὸς Ἰπνοὺς καλεομένους, τοὺς ἐν Πηλίῳ, τὰς δὲ ἐς τὸν αἰγιαλόν· αἱ δὲ περὶ αὐτὴν τὴν Σηπιάδα περιέπιπτον, αἱ δὲ, ἐς Μελίβοιαν πόλιν, αἱ δὲ ἐς Κασθαναίην ἐξεβράσσοντο. ἦν τε τοῦ χειμῶνος χρῆμα ἀφόρητον.

ρπθ'. Λέγεται δὲ λόγος ὡς Ἀθηναῖοι τὸν Βορῆν ἐκ θεοπροπίου ἐπεκαλέσαντο, ἐλθόντος σφι ἄλλου χρηστηρίου, τὸν γαμ-

[e] μὶν νυν αὐτίων αὐξόμενον.

bant etiam ad octavum usque ordinem, atque ita per istam noctem. Sub ipsum vero diluculum, ex sereno coelo et tranquillo quum mare efferbuisset, incidit in eam atrox tempestas, ac vehemens ventus subsolanus, quem Hellespontiam nuncupant qui circa illa loca habitant. Eum ventum quicunque augescere animadverterunt, et quibus per conditionem stationis licuit, ii tempestatem praevenerunt retrahendo naves, et sese atque illas incolumes praestiterunt: at quas naves ventus in alto nactus est, earum alias ad loca quae dicuntur Ἰπνοὶ, *id est, furni*, quae sunt in Pelio, extulit, alias in litus, aliae in ipsam Sepiadem illisae sunt, aliae in urbem Meliboeam, aliae in Casthanaeam expellebantur. erat enim intoleranda vis ejus.

189. Enimvero feruntur Athenienses divinitus Boream invocasse, allato ad eas oraculo alio, ut generum suum ad sibi

Digitized by Google

opitulandum invocarent. Habet autem (ut apud Graecos fertur) Boreas in matrimonio Orithyiam, Atticam, Erechthei filiam. Ex hac affinitate (ut fama eſt) Athenienſes inducti ſunt ad conjectandum Boream ſibi generum eſſe, et dum in Chalcide Euboeae excubarent, quum intelligerent auctum iri tempeſtatem, aut etiam ante hoc tempus, ſacrificaverunt, et invocaverunt Boream et Orithyiam, ut ſibi auxilio eſſent, et barbarorum naves corrumperent, quemadmodum prius etiam circa Athon. Num autem ob id Boreas ingruerit in barbaros ſtationem agentes, non queo dicere: certe Athenienſes ajunt Boream, qui ante fuerit ipſis auxilio, etiam tunc illa effeciſſe. atque digreſſi illinc, delubrum Boreae extruxere ad amnem Iliſſum.

190. In hac clade qui pauciſſimas naves, ii non pauciores quadringentis per-

Digitized by Google

βρὸν ἐπίκουρον καλέσασθαι. Βορῆς δὲ, κατὰ τὸν Ἑλλήνων λόγον, ἔχει γυναῖκα Ατἴικὴν, Ωρειθυίην τὴν Ερεχθῆος. κατὰ δὴ τὸ κῆδος τοῦτο οἱ Αθηναῖοι (ὡς φάτις ὥρμηται) συμβαλλεόμενοί σφι τὸν Βορῆν γαμβρὸν εἶναι, καὶ ναυλοχέοντες τῆς Εὐβοίης ἐν Χαλκίδι, ὡς ἔμαθον αὐξόμενον τὸν χειμῶνα, ἢ καὶ πρὸ τȣ́τȣ, ἐθύοντό τε καὶ ἐπεκαλέοντο τόν τε Βορῆν καὶ τὴν Ωρειθυίην, τιμωρῆσαί σφι, καὶ διαφθεῖραι τῶν βαρβάρων τὰς νέας, ὡς καὶ πρότερον περὶ Αθων. εἰ μέν νυν διὰ ταῦτα τοῖσι βαρβάροισι ὁρμέȣσι Βορῆς ἐπέπεσε, ȣ̓κ ἔχω εἶπαι [f]. οἱ δ' ὦν Αθηναῖοί σφι λέγȣσι βοηθήσαντα τὸν Βορῆν πρότερον, καὶ τότε ἐκεῖνα κατεργάσασθαι. καὶ ἱρὸν ἀπελθόντες Βορέω ἱδρύσαντο παρὰ ποταμὸν Ιλισσόν.

ϟζʹ. Εν τȣ́τῳ τῷ πόνῳ νέας οἳ ἐλαχίστας λέγȣσι διαφθαρῆναι, τετρακο-

f MS. εἰπεῖν.

σιέων ὐκ ἐλάσσονας, ἄνδρας τε ἀναριθμήτυς, χρημάτων τε πλῆθος ἄφθονον· ὥστε Ἀμεινοκλέϊ τῷ Κρητίνεω, ἀνδρὶ Μάγνητι, γηοχέοντι περὶ Σηπιάδα, μεγάλως ἡ ναυηγίη αὕτη [a] χρηστὴ ἐγένετο· ὃς πολλὰ μὲν χρύσεα ποτήρια ὑστέρῳ χρόνῳ ἐκβρασσόμενα ἀνείλετο, πολλὰ δὲ ἀργύρεα· θησαυρὺς τε τῶν Περσέων εὗρε, ἄλλά τε χρύσεα ἄφατα [b] χρήματα περιεβάλετο. ἀλλ' ὁ μὲν, τἄλλα οὐκ εὐτυχέων, εὑρήμασι μέγα πλύσιος ἐγένετο. ἦν γάρ τις καὶ τῦτῳ ἄχαρις συμφορὴ λυπεῦσα παιδοφόνος [c].

ρϟα'. Σιταγωγῶν δὲ ὁλκάδων, καὶ τῶν ἄλλων πλοίων διαφθειρομένων, ὐκ ἐπῆν ἀριθμός· ὥστε δείσαντες οἱ στρατηγοὶ τῦ ναυτικῦ στρατῦ μή σφι κεκακωμένοισι ἐπιθέωνται οἱ Θεσσαλοὶ, ἕρκος ὑψηλὸν ἐκ τῶν ναυηγίων περιεβάλοντο. ἡμέρας γὰρ δὴ ἐχείμαζε τρεῖς· τέλος δὲ, ἔντομά τε ποιεῦντες, καὶ καταεί-

a Vox αὕτη non est in MS. b Vox ἄφατα non est in MS.
c παιδοκτόνος.

iisse ajunt, viros quoque innumerabiles, ac vim pecuniarum immensam; ut Aminocli Cratini filio, viro Magneti, circa Sepiadem possessiones habenti, majorem in modum fuerit fructuosum hoc naufragium, qui sequenti tempore multa pocula aurea per aestum ejecta, multa argentea sustulit, thesaurosque Persarum invenit, affatimque aliarum ex auro rerum lucratus est: et quum alioqui non esset fortunatus, e rebus repertis mirifice est ditatus. nam et hunc calamitas quaedam tristis lugere cogebat ob liberorum caedem.

191. Navium autem frumentariarum aliorumque navigiorum quae perierunt, numerus iniri non potest. Unde praefecti navalium copiarum, veriti ne sibi post acceptam calamitatem Thessali incursarent, excelsum vallum e naufragiis circumdederunt. Triduo enim tempestas perstitit:

Digitized by Google

quarto tandem die magi humanis hoſtiis, et praeſtigiis incantando ventum, ad haec Thetidi ac Nereidibus ſacrificando, tempeſtatem compeſcuerunt; ſive alioquin ipſa ſua ſponte ceſſavit. Thetidi autem ſacrificavere, quod ab Ionibus acceperant Thetin ex eo loco raptam fuiſſe a Peleo, omnemque eam oram Sepiadem illius eſſe, aliarumque Nereidum. Et illa quidem quarto die conquievit.

192. At Graecis diurni ſui ſpeculatores ex Euboicis promontoriis decurrentes, altero ab exorta tempeſtate die indicarunt omnia quae circa naufragium contigerant. Quae iſti ubi audiere, fuſis ante votis Servatori Neptuno ac libamentis, celerrime rurſus ad Artemiſium revehuntur, ſperantes ſibi paucas aliquas naves fore adverſarias. Ita ad Artemiſium revecti iterum ſtationem habuere ad tem-

Digitized by Google

δοντες γόησι τῷ ἀνέμῳ οἱ μάγοι, πρός τε τούτοισι, καὶ τῇ Θέτι καὶ τῇσι Νηρηΐσι θύοντες, ἔπαυσαν τετάρτῃ ἡμέρῃ, ἢ ἄλλως κως αὐτὸς ἐθέλων ἐκόπασε. τῇ δὲ Θέτι ἔθυον, πυθόμενοι παρὰ τῶν Ἰώνων τὸν λόγον, ὡς ἐκ τοῦ χώρου τούτου ἁρπασθείη ὑπὸ Πηλῆος, εἴη τε ἅπασα ἡ ἀκτὴ ἡ Σηπιὰς ἐκείνης τε καὶ τῶν ἄλλων Νηρηΐδων. ὁ μὲν δὴ τετάρτῃ ἡμέρῃ ἐπέπαυτο.

ρϟϛ΄ Τοῖσι δὲ Ἕλλησι οἱ ἡμεροσκόποι ἀπὸ τῶν ἄκρων τῶν Εὐβοϊκῶν καταδραμόντες δευτέρῃ ἡμέρῃ, ἀπ᾽ ἧς ὁ χειμὼν πρῶτον ἐγένετο, ἐσήμαινον πάντα τὰ γενόμενα περὶ τὴν ναυηγίην. οἱ δὲ, ὡς ἐπύθοντο, Ποσειδέωνι σωτῆρι εὐξάμενοι, καὶ σπονδὰς προχέαντες, τὴν ταχίστην ὀπίσω ἠπείγοντο ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον· ἐλπίσαντες ὀλίγας τινάς [d] σφι ἀντιξόους ἔσεσθαι νῆας. οἱ μὲν δὴ τοδεύτερον ἐλθόντες περὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐν-

d Vox τινὰς non est in MS.

αὐλόχεον, Ποσειδέωνος σωτῆρος ἐπωνυμίην ἀπὸ τούτου ἔτι [e] καὶ ἐς τόδε νομίζοντες.

ρϟγ'. Οἱ δὲ βάρβαροι, ὡς ἐπαύσατό τε ὁ ἄνεμος, καὶ τὸ κῦμα ἔστρωτο, κατασπάσαντες τὰς νῆας, ἔπλεον παρὰ τὴν ἤπειρον. κάμψαντες δὲ τὴν ἄκρην τῆς Μαγνησίης, ἰθεῖαν ἔπλεον ἐς τὸν κόλπον τὸν ἐπὶ Παγασέων φέροντα. ἔστι δὲ χῶρος ἐν τῷ κόλπῳ τούτῳ τῆς Μαγνησίης, ἔνθα λέγεται τὸν Ἡρακλῆα καταλειφθῆναι ὑπὸ Ἰήσονός τε καὶ τῶν συνεταίρων ἐκ τῆς Ἀργοῦς ἐπ' ὕδωρ πεμφθέντα, εὖ τ' ἐπὶ τὸ κῶας ἔπλεον ἐς Αἶαν τὴν Κολχίδα. ἐνθεῦτεν γὰρ ἔμελλον ὑδρευσάμενοι ἐς τὸ πέλαγος ἀφήσειν· ἐκ τούτου δὲ τῷ χώρῳ οὔνομα γέγονε Ἀφέται. ἐπὶ τούτου [f] ὦν ὅρμον οἱ Ξέρξεω ἐποιεῦντο.

ρϟδ'. Πεντεκαίδεκα δὲ τῶν νηῶν τουτέων ἔτυχόν τε ὕσταται πολλὸν ἐξαναχ-

[e] ἀπὸ τοῦδε ἔτι. [f] ἐν τούτῳ.

Digitized by Google

plum Neptuni cognomine Servatoris: quod nomen ab illis inditum, ad hoc usque tempus perdurat.

193. Barbari, posteaquam ventus quievit, et fluctus strati sunt, deductis navibus praeter continentem enavigabant, circumvehentesque promontorium Magnesiae, rectum cursum in sinum qui ad Pagasas fert tenebant. In hoc Magnesiae sinu locus est, in quo fertur Hercules, quum e navi Argo aquatum missus esset, derelictus fuisse ab Jasone, atque a sociis, dum in Aeam urbem Colchidis ad vellus navigarent. Illinc enim aquati in pelagus erant abituri, eaque de re nomen loco fertur esse Aphetae.

194. Hoc in loco Xerxis naves stationem habuerunt: quarum quindecim,

Digitized by Google

quae longe ultimae navigabant, profpectis Graecorum ad Artemifium navibus, ratae fuas effe, in medium earum hostilium navium delatae funt: quarum dux erat Sandoces Thaumafiae filius, Cymae Aeolidis praefectus: quem ante haec tempora Darius in hoc crimine deprehenfum cruci affixerat, quod quum e regiis judicibus effet, iniquam fententiam ob pecuniam tulerat; fed ejus in cruce fufpenfi Darius reputans plura peccatis effe beneficia in domum regiam collata, hoc reperiens, agnofcenfque properantius fe quam prudentius egiffe, hominem folvit. Ita regem Darium elapfus, ut ab eo non occideretur, fupererat; tunc vero in Graecos delatus, non iterum erat elapfurus. hos enim ad fe curfum tenentes

Digitized by Google

θεῖσαι, καί κως κατεῖδον τὰς ἐπ᾽ Ἀρτεμισίῳ τῶν Ἑλλήνων νῆας· ἔδοξάν τε δὴ τὰς σφετέρας εἶναι οἱ βάρβαροι, καὶ πλέοντες, ἐπέπεσον ἐς τοὺς πολεμίους, τῶν ἐστρατήγεε ὁ ἀπὸ Κύμης τῆς Αἰολίδος ὕπαρχος Σανδώκης ὁ Θωϋμασίου· τὸν δὴ πρότερον τουτέων βασιλεὺς Δαρεῖος ἐπ᾽ αἰτίῃ τοιῇδε λαβὼν, ἀνεσταύρωσε, ἐόντα τῶν βασιληΐων δικαστέων· ὅτι [a] ὁ Σανδώκης ἐπὶ χρήμασι ἄδικον δίκην ἐδίκασε. ἀνακρεμασθέντος ὦν αὐτοῦ, λογιζόμενος ὁ Δαρεῖος, πλέω [b] ἀγαθὰ τῶν ἁμαρτημάτων πεποιημένα ἐς οἶκον τὸν βασιλήϊον· εὑρὼν δὲ τοῦτο ὁ Δαρεῖος, καὶ γνοὺς ὡς ταχύτερα αὐτὸς ἢ σοφώτερα ἐργασάμενος [c] εἴη, ἔλυσε. βασιλῆα μὲν δὴ Δαρεῖον οὕτω διαφυγὼν μὴ ἀπολέσθαι, περιῆν· τότε δὲ ἐς τοὺς Ἕλληνας καταπλώσας, ἔμελλε οὐ τὸ δεύτερον διαφυγὼν ἔσεσθαι. ὡς γὰρ σφεας εἶδον προσπταίοντας οἱ Ἕλληνες,

a Vox ὅτι non est in MS. b ἀναλογιζόμενος ὁ Δαρεῖος, εὗρε οἱ πλέω. c ἐργασμένος.

μαθόντες αὐτέων τὴν γινομένην ἁμαρτάδα, ἐπαναχθέντες, εὐπετέως σφέας εἷλον.

ρϟε΄. Ἐν τουτέων μιῇ Ἀρίδωλις πλέων ἤλω, τύραννος Ἀλαβάνδων τῶν ἐν Καρίῃ· ἐν ἑτέρῃ δὲ, ὁ Πάφιος στρατηγὸς Πενθύλος ὁ Δημονόου· ὃς ἦγε μὲν δυώδεκα νῆας ἐκ Πάφου, ἀποβαλὼν δέ σφεων τὰς ἕνδεκα τῷ χειμῶνι τῷ γενομένῳ κατὰ Σηπιάδα, μιῇ τῇ περιγινομένῃ καταπλέων ἐπ' Ἀρτεμίσιον ἤλω. τούτους οἱ Ἕλληνες ἐξιστορήσαντες τὰ ἐβούλοντο πυθέσθαι ἀπὸ τῆς Ξέρξεω στρατιῆς, ἀποπέμπουσι δεδεμένους ἐς τὸν Κορινθίων Ἰσθμόν.

ρϟϛ΄. Ὁ μὲν δὴ ναυτικὸς ὁ τῶν βαρβάρων στρατὸς, πάρεξ τῶν πεντεκαίδεκα τῶν εἶπον [d] Σανδώκεα στρατηγέειν, ἀπίκετο ἐς Ἀφέτας. Ξέρξης δὲ καὶ ὁ πεζὸς πορευθεὶς διὰ Θεσσαλίης καὶ Ἀχαιΐης, ἐσβεβληκὼς ἦν καὶ δὴ τριταῖος ἐς Μηλιέας· ἐν Θεσσαλίῃ μὲν ἅμιλλαν ποιησάμενος ἵππων τῶν ἑωϋτοῦ, ἀποπειρώμενος καὶ τῆς

[d] πεντεκαίδεκα νεῶν, ὧν εἶπον.

Digitized by Google

Graeci ubi videre, cognito hominum errore, contra invecti, facile eas cepere.

195. In quarum navium una captus est Aridolis, Alabandensium qui sunt in Caria tyrannus; in altera Penthylus Demonoi filius, dux Paphius, qui e Papho duodecim naves quum duxisset, amissis earum undecim tempestate quae ad Sepiadem extiterat, cum una quae superabat tendens ad Artemisium, captus est. Hos Graeci quae volebant de Xerxis exercitu sciscitati, vinctos ad Corinthiorum Isthmum dimiserunt.

196. Cetera barbarorum classis, praeter quindecim naves quibus praefuisse Sandocem dixi, ad Aphetas pervenit. Xerxes cum terrestribus copiis per Thessaliam et Achaiam iter faciens intraverat et quidem post triduum in Melienses: quum in Thessalia certamen equorum suorum fe-

Digitized by Google

cisset, Thessalici equitatus experiendi gratia, illum optimum in Graecis esse edoctus. in eo autem certamine multo inferiores fuerunt equi Graeci. Fluviorum porro qui sunt in Thessalia, solus Onochonus potanti exercitui non suffecit. Fluviorum autem Achaiae quum maximus sit Apidanus, ne hic quidem suffecit, nisi maligne.

197. Xerxi ad Alum urbem Achaiae tendenti, duces viae cuncta referre cupientes, enarrabant id quod de templo Jovis Aphlystii ab indigenis narratur: Athamantem Aeoli filium, inito cum Ino consilio necem Phrixo machinatum: deinde Achaeos ex oraculo tale certamen illius posteris proposuisse, ut qui ex eo genere maximus natu esset, huic aditu prytanei, quod leitum Achaei vocant, interdicentes ipsi excubias agunt; quod siquis intravisset, non prius exire posset quam

Digitized by Google

Θεσσαλίης ἵππε· πυθόμενος ὡς ἀρίςη εἴη τῶν ἐν Ἕλλησι, ἔνθα δὴ αἱ Ἑλληνίδες ἵπποι ἐλίποντο πολλόν. τῶν μέν νυν ἐν Θεσσαλίῃ ποταμῶν, Ονόχωνος μῦνος ὐκ ἀπέχρησε τῇ ςρατιῇ τὸ ῥέεθρον, πινόμενος· τῶν δὲ ἐν Αχαιΐῃ ποταμῶν ῥεόντων, ὐδὲ ὅςτις μέγιςος αὐτέων ἐςὶ Ηπιδανὸς, ὐδὲ ὗτος ἀντέσχε, εἰ μὴ φλαύρως.

ρϛζ΄. Ες Αλον [e] δὲ τῆς Αχαιΐης ἀπικομένῳ Ξέρξῃ οἱ κατηγεμόνες τῆς ὁδῦ βυλόμενοι τὸ πᾶν ἐξηγέεσθαι, ἔλεγόν οἱ ἐπιχώριον λόγον, τὰ περὶ τὸ ἱρὸν τῦ Αφλυςίυ Διὸς, ὡς Αθάμας ὁ Αἰόλυ ἐμηχανήσατο Φρίξῳ μόρον σὺν Ινοῖ βυλεύσας· μετὰ δὲ, ὡς ἐκ θεοπροπίυ Αχαιοὶ προτιθεῖσι τοῖσι ἐκείνυ ἀπογόνοισι ἀέθλυς τοιύσδε· ὃς ἂν ᾖ τῦ γένεος τύτυ πρεσβύτατος, τύτυ ἐπιτάξαντες ἔργεσθαι τῦ πρυτανηΐυ, αὐτοὶ φυλακὰς ἔχυσι· Λήϊτον δὲ καλέυσι τὸ πρυτανήϊον οἱ Αχαιοί· ἢν δὲ ἐσέλθῃ, ὐκ ἔςι ὅκως ἔξεισι, πρὶν ἢ θύσεσθαι

e Αλλον.

μέλλῃ. ὥστέ τι πρὸς τούτοισι πολλοὶ ἤδη τῶν μελλόντων τουτέων θύσεσθαι, δείσαντες, οἴχοντο ἀποδράντες ἐς ἄλλην χώρην· χρόνου δὲ προϊόντος, ὀπίσω κατελθόντες, ἢν ἁλίσκωνται, ἐστέλλοντο ἐς τὸ πρυτανήϊον, ὡς θύεταί τε ἐξηγέοντο, στέμμασι πᾶς πυκασθεὶς, καὶ ὡς σὺν πομπῇ ἐξαχθείς. ταῦτα δὲ πάσχουσι οἱ Κυτισσώρου τοῦ Φρίξου παιδὸς ἀπόγονοι, διότι καταρμὸν τῆς χώρης ποιευμένων Ἀχαιῶν ἐκ θεοπροπίου Ἀθάμαντα τὸν Αἰόλου, καὶ μελλόντων μιν θύειν, ἀπικόμενος οὗτος ὁ Κυτίσσωρος ἐξ Αἴης τῆς Κολχίδος, ἐρρύσατο. ποιήσας δὲ τοῦτο, τοῖσι ἐπιγενομένοισι ἐξ ἑωϋτοῦ μῆνιν τοῦ θεοῦ ἐνέβαλε. Ξέρξης δὲ ταῦτα ἀκούσας, ὡς κατὰ τὸ ἄλσος ἐγένετο, αὐτός τε ἔργετο αὐτοῦ, καὶ τῇ στρατιῇ πάσῃ παρήγγειλε· τῶν τε Ἀθάμαντος ἀπογόνων τὴν οἰκίην ὁμοίως καὶ τὸ τέμενος ἐσέβετο.

ρϟή. Ταῦτα μὲν τὰ ἐν Θεσσαλίῃ,

Digitized by Google

mactandus esset. Ita multos, quum jam mactandi essent, eo metu in aliam profugisse regionem: interjecto deinde tempore quum reversi essent, si deprehenderentur in prytaneum mittebantur et quemadmodum mactarentur, referebant toto corpore insulis cooperto, et cum pompa educti. Hoc autem posteros Cytissori Phrixo geniti ob id pati, quod quum Achaei ad expiandam regionem elegissent ex oraculo Athamantem Aeoli filium, eumque essent immolaturi, Cytissorus iste ex Aea Colchide veniens illum liberavit: eoque facto posteris ejus iram dei fuisse injectam. Haec quum audisset Xerxes, ubi ad lucum adfuit, et ipse ab eo abstinuit, et idem suis copiis imperavit, domumque posterorum Athamantis item ac fanum veneratus est.

198. Haec in Thessalia Achaiaque;

Digitized by Google

a quibus locis processit Xerxes in Melidem juxta maris sinum, ubi totum diem aestus atque reciprocatio fluctuum fit. Huic sinui circumjectus est locus campester, alibi spatiosus, alibi arctus admodum. Suntque ipsi campo circumjecti montes editi atque inaccessi, omnem Meliadem cingentes regionem, quae petrae Trachiniae nominantur. Prima in sinu urbs ab Achaia euntibus est Anticyra, quam amnis Sperchius praeterlabens, ex Enienibus in mare defluit. A quo alter amnis xx ferme stadiis abest, cui nomen inditum est Dyras, quem fama est emersisse ad ferendam Herculi quum cremaretur opem. Ab hoc totidem stadiorum intercapedine alius amnis est, qui vocatur Melas.

199. Unde urbs Trachis quinque stadia abest. Illic est amplissimum regionis totius ad quae est sita urbs Trachis,

Digitized by Google

καὶ τὰ ἐν Ἀχαιΐῃ. ἀπὸ δὲ τȣτέων τῶν χώρων ἤϊε ἐς τὴν Μηλίδα παρὰ κόλπον θαλάσσης, ἐν τῷ ἄμπωτίς τε καὶ ῥηχίῃ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην γίνεται. περὶ δὲ τὸν κόλπον τȣ͂τον ἐςι χῶρος πεδινὸς, τῇ μὲν, εὐρὺς, τῇ δὲ, καὶ κάρτα [f] ςεινός. περὶ δὲ τὸν χῶρον ȣ̉́ρεα [g] ὑψηλὰ καὶ ἄβατα περικλήει πᾶσαν τὴν Μηλιάδα γῆν, Τρηχίνεαι πέτραι καλεόμεναι. πρώτη μέν νυν πόλις ἐςὶ ἐν τῷ κόλπῳ ἰόντι ἀπ' Ἀχαιΐης, Ἀντικύρη· παρ' ἣν Σπερχειὸς ποταμὸς ῥέων ἐξ Ἐνιήνων, ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ. ἀπὸ δὲ τȣ́τȣ, διὰ εἴκοσί κȣ ςαδίων ἄλλος ποταμὸς, τῷ ȣ̉́νομα κεῖται Δύρας, τὸν μυθεύονται βοηθέοντα Ἡρακλέϊ καιομένῳ ἀναφανῆναι. ἀπὸ δὲ τȣ́τȣ, δι' ἄλλων εἴκοσι ςαδίων ἄλλος ποταμός ἐςι, ὃς καλέεται Μέλας.

ρϟθ'. Τρηχὶς δὲ πόλις ἀπὸ τȣ͂ Μέλανος τȣ́τȣ ποταμȣ͂ πέντε ςάδια ἀπέχει· ταύτῃ δὲ καὶ εὐρύταλόν ἐςι [h] πά-

[f] τῇ δὲ κάρτα. [g] χῶρον τȣ͂τον ȣ̉́ρεα. [h] εὐρυχωρόταλόν ἐςι.

Digitized by Google

σης τῆς χώρης ταύτης ἐκ τῶν ὀρέων ἐς θάλασσαν, κατ' ἃ Τρηχὶς πεπόλισαι. δισχίλιά τε γὰρ καὶ δισμύρια πλέθρα τοῦ πεδίου ἐστί. τοῦ δὲ ὄρεος, τὸ περικλήει τὴν γῆν τὴν Τρηχινίην, ἔστι διασφὰξ πρὸς μεσαμβρίην Τρηχῖνος. διὰ δὲ τῆς διασφάγος Ασωπὸς ποταμὸς ῥέει παρὰ τὴν ὑπωρέην τοῦ ὄρεος.

σ'. Εστι δὲ ἄλλος Φοίνιξ ποταμὸς οὐ μέγας πρὸς μεσαμβρίην τοῦ Ασωποῦ· ὃς ἐκ τῶν ὀρέων τουτέων ῥέων ἐς τὸν Ασωπὸν ἐκδιδοῖ. κατὰ δὲ τὸν Φοίνικα ποταμὸν στεινότατόν ἐστι· ἁμαξιτὸς γὰρ μίη [a] μούνη δέδμηται. ἀπὸ δὲ τοῦ Φοίνικος ποταμοῦ πεντεκαίδεκα στάδιά ἐστι ἐς Θερμοπύλας. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ Φοίνικος ποταμοῦ καὶ Θερμοπυλέων κώμη τέ ἐστι τῇ οὔνομα Ανθήλη κεῖται, παρ' ἣν δὴ παραῤῥέων ὁ Ασωπὸς, ἐς θάλασσαν ἐκδιδοῖ, καὶ χῶρος περὶ αὐτὴν [b] εὐρὺς, ἐν τῷ Δήμητρός τε ἱρὸν Αμφικτυονίδος ἵδρυται, καὶ

a Vox μίη non est in MS. b MS. αὐτῇ.

ſpatium a montibus ad mare, utpote duorum et viginti millium plethrorum planitie; montis vero qui terram Trachiniam circumdat, eſt ad Trachinis meridiem anfractus, per quem Aſopus circa radices montis defluit.

200. Ad cujus meridiem alius non magnus amnis eſt, nomine Phoenix ex his montibus in Aſopum defluens. Juxta Phoenicem amnem eſt anguſtiſſimum: quippe ubi ſola una via munita eſt, qua plauſtrum agi poteſt. A flumine Phoenice ad Thermopylas quindecim ſtadiorum eſt intervallum: in iſto autem ſpatio inter fluvium Phoenicem ac Thermopylas, in quo vicus eſt nomine Anthela, quem praeterfluens Aſopus in mare evolvitur: et ei locus ſpatioſus eſt circumjectus, ubi templum Cereris Amphictyonidis, extructum viſitur, et ſedilia Amphic-

Digitized by Google

tyonibus, et ipsius Amphictyonis delubrum.

201. Ceterum rex Xerxes quidem in Trachinia Melidis castra habebat, Graeci vero in transitu: qui locus a plerisque Graecorum vocatur Thermopylae, ab indigenis autem atque accolis Pylae. Haec erant utrorumque castrorum loca; Xerxe omnibus, quae ad ventum boream spectant usque ad Trachinem, potito: Graecis, quae in hac continente ad austrum et meridiem ferunt, tenentibus.

202. Qui hoc in loco Persam Graeci opperiebantur, hi fuere, Spartanorum trecenti armati, Tegeatarum et Mantinensium mille, totidem ex utrisque; ex Orchomeno Arcadiae centum viginti, ex reliqua Arcadia mille. tot quidem Arca-

Digitized by Google

ἕδραι εἰσὶ Αμφικτύοσι, καὶ αὐτοῦ τοῦ Αμφικτύονος ἱρόν.

σα'. Βασιλεὺς μὲν δὴ Ξέρξης ἐστρατοπεδεύετο τῆς Μηλίδος ἐν τῇ Τρηχινίῃ· οἱ δὲ δὴ Ἕλληνες, ἐν τῇ διόδῳ. καλέεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος ὑπὸ μὲν τῶν πλεόνων Ἑλλήνων, Θερμοπύλαι· ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων καὶ περιοίκων, Πύλαι. ἐστρατοπεδεύοντο μέν νυν ἑκάτεροι ἐν τούτοισι τοῖσι χωρίοισι. ἐπεκράτεε δὲ, ὁ μὲν τῶν πρὸς Βορῆν ἄνεμον ἐχόντων πάντων μέχρι Τρηχῖνος· οἱ δὲ[c], τῶν πρὸς νότον καὶ μεσημβρίην φερόντων τὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ἠπείρου.

σβ'. Εσαν δὲ οἵδε Ἑλλήνων οἱ ὑπομένοντες τὸν Πέρσην ἐν τούτῳ τῷ χώρῳ· Σπαρτιητέων τε τριηκόσιοι ὁπλῖται, καὶ Τεγεητέων[d] καὶ Μαντινέων χίλιοι, ἡμίσεες[e] ἑκατέρων· ἐξ Ορχομενοῦ τε τῆς Αρκαδίης, εἴκοσι καὶ ἑκατόν· καὶ ἐκ τῆς λοιπῆς Αρκαδίης, χίλιοι. τοσοῦτοι μὲν Αρ-

[c] ὁ δὲ. [d] Τεγαιητέων. [e] χίλιοι, καὶ ἡμίσεες.

κάδων. ἀπὸ δὲ Κορίνθου, τετρακόσιοι· καὶ ἀπὸ Φλιοῦντος, διηκόσιοι· καὶ [f] Μυκηναίων ὀγδώκοντα. οὗτοι μὲν ἀπὸ Πελοποννήσου παρῆσαν. ἀπὸ δὲ Βοιωτῶν, Θεσπιέων τε ἑπτακόσιοι, καὶ Θηβαίων τετρακόσιοι.

σγ'. Πρὸς τούτοισι ἐπίκλητοι ἐγένοντο Λοκροί τε οἱ Ὀπούντιοι πανστρατιῇ, καὶ Φωκέων χίλιοι. αὐτοὶ γάρ σφεας οἱ Ἕλληνες ἐπεκαλέσαντο, λέγοντες δι' ἀγγέλων ὡς αὐτοὶ μὲν ἥκοιεν πρόδρομοι τῶν ἄλλων, οἱ δὲ λοιποὶ τῶν συμμάχων, προσδόκιμοι πᾶσαν εἰσὶ [g] ἡμέρην· ἡ θάλασσά τε σφι εἴη ἐν φυλακῇ, ὑπ' Ἀθηναίων τε φρουρεομένη, καὶ Αἰγινητέων, καὶ τῶν ἐς τὸν ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντων, καί σφι εἴη δεινὸν οὐδέν· οὐ γὰρ θεὸν εἶναι τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ἀλλ' ἄνθρωπον· εἶναι δὲ θνητὸν οὐδένα, οὐδὲ ἔσεσθαι, τῷ κακὸν ἐξ ἀρχῆς γινομένῳ οὐ συνεμίχθη· τοῖσι δὲ μεγίστοισι αὐτέων, μέγιστα. ὀφείλειν ὦν καὶ τὸν ἐπελαύνοντα, ὡς ἐόντα

[f] διηκόσιοι ὁπλῖται, καί. [g] ἐόν.

des. A Corintho autem quadringenti: a Phliunte ducenti, et Mycenaeorum octoginta. hi ex Peloponneso aderant: ex Boeotis autem Thespienses septingenti, Thebani quadringenti.

203. Praeter hos evocati erant Locrenses Opuntii cum omni copia, et Phocensium mille. Ipsi enim Graeci eos evocaverant, missis nunciis, qui dicerent ipsos quidem praecursores aliorum venire, ceteros autem socios quotidie penes ipsos, atque etiam expectari: ac tutelam maris esse in Atheniensium praesidio Aeginetarumque, et eorum quibus res navalis injuncta esset. nec ipsis quippiam esse formidolosum. non enim deum esse qui bellum Graeciae inferret, sed hominem: nec mortalem quempiam aut esse aut fore, qui ex quo natus est, mali exsors sit: et ut quique maximi sunt, ita mala maxima. debere itaque fieri, ut quum mor-

Digitized by Google

talis esset qui bellum inferret, ab opinione sit casurus. Haec illi audientes, in Trachinem auxilio iere.

204. Erant his cum alii duces suae quisque civitatis, tum vero, penes quem summa imperii erat, quem maxime admirabantur, Lacedaemonius Leonides, Anaxandridae filius, qui Leontis, qui Eurycratidae, qui Anaxandri, qui Eurycratis, qui Polydori, qui Alcamenis, qui Telecli, qui Archelai, qui Agesilai, qui Doryagi, qui Leobotis, qui Echestrati, qui Agis, qui Eurysthenis, qui Aristodemi, qui Aristomachi, qui Cleodaei, qui Hylli, qui Herculis filius fuit: adeptus ex inopinato Spartae regnum.

205. Nam quum duo forent ei fratres natu majores, Cleomenes et Dorieus, aberat a cura regni adipiscendi: verum Cleomene sine virili sobole defuncto, et

Digitized by Google

θνητὸν, ἀπὸ τῆς δόξης πεσέειν ἄν. οἱ δὲ, ταῦτα πυνθανόμενοι, ἐβοήθεον ἐς τὴν Τρηχῖνα.

σδ΄. Τούτοισι ἔσαν μέν νυν καὶ ἄλλοι στρατηγοὶ κατὰ πόλιας ἑκάστων. ὁ δὲ θωϋμαζόμενος μάλιστα καὶ παντὸς τοῦ στρατεύματος ἡγεόμενος, Λακεδαιμόνιος ἦν, Λεωνίδης ὁ Αναξανδρίδεω, τοῦ Λέοντος, τοῦ Εὐρυκρατίδεω, τοῦ Αναξάνδρου, τοῦ Εὐρυκράτεος, τοῦ Πολυδώρου, τοῦ Αλκαμένεος [a], τοῦ Τηλέκλου [b], τοῦ Αρχέλεω, τοῦ Ηγησίλεω, τοῦ Δορυάγου, τοῦ Λεωβότεω, τοῦ Εχεστράτου, τοῦ Ηγνος [c], τοῦ Εὐρυσθένεος, τοῦ Αριστοδήμου, τοῦ Αριστομάχου, τοῦ Κλεοδαίου, τοῦ Ὕλλου, τοῦ Ἡρακλέος· κτησάμενος τὴν βασιληίην ἐν Σπάρτῃ ἐξ ἀπροσδοκήτου.

σε΄. Διξῶν γάρ οἱ ἐόντων πρεσβυτέρων ἀδελφεῶν, Κλεομένεός τε καὶ Δωριέος, ἀπελήλατο τῆς φροντίδος περὶ τῆς βασιληΐης· ἀποθανόντος δὲ Κλεομένεος ἄπαι-

a MS. Αλκαιμένεος. b MS. Τηλέκτου. c Ἡγήσιος

Digitized by Google

δος ἔρσενος γόνου, Δωριέος τε οὐκέτι ἐόντος, ἀλλὰ τελευτήσαντος καὶ τούτου ἐν Σικελίῃ, οὕτω δὴ ἐς Λεωνίδην ἀνέβαινε ἡ βασιληΐη· καὶ διότι πρότερος ἐγεγόνεε Κλεομβρότου, (οὗτος γὰρ ἦν νεώτατος Αναξανδρίδεω παῖς) καὶ δὴ καὶ εἶχε Κλεομένεος θυγατέρα. ὃς τότε ἤιε ἐς Θερμοπύλας ἐπιλεξάμενος ἄνδρας τε τοὺς κατεστεῶτας τριηκοσίους, καὶ τοῖσι ἐτύγχανον παῖδες ἐόντες. παραλαβὼν δὲ ἀπίκτο [d] καὶ Θηβαίων τοὺς ἐς τὸν ἀριθμὸν λογισάμενος εἶπον, τῶν ἐστρατήγεε Λεοντιάδης ὁ Εὐρυμάχου. τοῦδε δὲ εἵνεκα τούτους σπουδὴν ἐποιήσατο Λεωνίδης μούνους Ἑλλήνων παραλαβεῖν, ὅτι σφέων μεγάλως κατηγόρητο μηδίζειν. παρεκάλεε ὦν ἐς τὸν πόλεμον, θέλων εἰδέναι εἴτε συμπέμψουσι, εἴτε καὶ ἀπερέουσι ἐκ τοῦ ἐμφανέος τὴν Ἑλλήνων συμμαχίην. οἱ δὲ, ἀλλοφρονέοντες, ἔπεμπον.

σϛʹ. Τούτους μὲν τοὺς ἀμφὶ Λεωνίδην πρώτους ἀπέπεμψαν Σπαρτιῆται, ἵνα

[d] ἀπίκετο.

Dorieo jam non ſuperſtite, ſed et ipſo in Sicilia vita functo, ita regnum ad Leonidem pervenit, quia et major natu erat Cleombroto (is enim noviſſimus fuit Anaxandridae filiorum) habebatque in matrimonio Cleomenis filiam. Qui tunc ſe ad Thermopylas contulit, delectis trecentis compoſitis viris, et quibus filii erant: aſſumpſeratque eos Thebanos, quorum de numero feci mentionem, quorum dux erat Leontiades Eurymachi filius. Hac de cauſſa Leonides dedit operam ut Graecos ſumeret hos ſolos, quod eos maxime inſimulabat cum Medis ſentire. Evocabat igitur eos ad bellum, ſciendi cupidus utrum ſimul mitterent auxilia, an ex profeſſo abnegarent Graecorum ſocietatem: ſed illi aliud ſentientes, tamen auxilia miſerunt.

206. Eos qui cum Leonide fuere, primos miſerunt Spartiatae, ut his inſpec-

Digitized by Google

tis alii socii militiam sumerent, neve cum Medis etiam ipsi sentirent, si ipsos cunctari audirent. Ipsi autem celebratis Carniis, (haec enim sacra morabantur eos) relictis Spartae custodibus, erant cum omni copia illuc celerrime ituri auxilio. Reliqui autem socii ad id agendum itidem animati (nam tempus Olympiadis in haec negotia inciderat) haud suspicati tam cito apud Thermopylas bello decernendum, antecursores miserant.

207. Ita isti sibi faciendum statuerant. At ii Graeci qui in Thermopylis erant, ubi ad ingressum Persa adventabat, metu perculsi de discedendo consultabant. Ac ceteri quidem Peloponnenses censebant faciendum, ut reversi in Peloponnesum, Isthmi custodiam agerent: huic autem sententiae quum valde infensi essent Phocenses et Locri, Leonides suadebat

Digitized by Google

τούτους ὁρῶντες οἱ ἄλλοι σύμμαχοι, στρατεύωνται· μηδὲ καὶ οὗτοι μηδίζωσι, ἢν αὐτοὺς πυνθάνωνται ὑπερβαλλομένους. μετὰ δὲ, Κάρνεια γάρ σφι ἦν ἐμποδὼν, ἔμελλον ὁρτάσαντες, καὶ φυλακὰς λιπόντες ἐν τῇ Σπάρτῃ, κατὰ τάχος βοηθέειν πανδημεί. ὡς δὲ καὶ οἱ λοιποὶ τῶν συμμάχων ἐνενῶντο καὶ αὐτοὶ ἕτερα τοιαῦτα ποιήσειν· ἦν γὰρ κατὰ τωὐτὸ Ολυμπιὰς τούτοισι τοῖσι πρήγμασι συμπεσοῦσα· οὔκων δοκέοντες κατὰ τάχος οὕτω διακριθήσεσθαι τὸν ἐν Θερμοπύλῃσι πόλεμον, ἔπεμπον τοὺς προδρόμους.

σζ΄. Οὗτοι μὲν δὴ οὕτω διενενῶντο ποιήσειν. οἱ δὲ ἐν Θερμοπύλῃσι Ἕλληνες ἐπειδὴ πέλας ἐγένετο τῆς ἐσβολῆς ὁ Πέρσης, καταῤῥωδέοντες, ἐβουλεύοντο περὶ ἀπαλλαγῆς. τοῖσι μέν νυν ἄλλοισι Πελοποννησίοισι ἐδόκεε ἐλθοῦσι ἐς Πελοπόννησον, τὸν Ισθμὸν ἔχειν ἐν φυλακῇ· Λεωνίδης δὲ, Φωκέων καὶ Λοκρῶν περισπερ-

Digitized by Google

χεόντων τῇ γνώμῃ ταύτῃ, αὐτοῦ τε μένειν ἐψηφίζετο, πέμπειν τε ἀγγέλους ἐς τὰς πόλιας, κελεύοντάς σφι ἐπιβοηθέειν, ὡς ἐόντων αὐτέων ὀλίγων στρατὸν τῶν Μήδων ἀλέξασθαι.

σή. Ταῦτα βουλευομένων σφέων, ἔπεμπε Ξέρξης κατάσκοπον ἱππέα, ἰδέσθαι ὅσοι τέ [e] εἰσι, καὶ ὅ,τι ποιέοιεν. ἀκηκόεε δὲ ἔτι ἐὼν ἐν Θεσσαλίῃ, ὡς ἁλισμένη εἴη ταύτῃ στρατιὴ ὀλίγη, καὶ τοὺς ἡγεμόνας, ὡς εἴησαν Λακεδαιμόνιοί τε καὶ Λεωνίδης ἐὼν γένος Ἡρακλείδης. ὡς δὲ προσέλασε ὁ ἱππεὺς πρὸς τὸ [f] στρατόπεδον, ἐθηεῖτό τε καὶ κατώρα πᾶν μὲν οὒ τὸ στρατόπεδον· τοὺς γὰρ ἔσω τεταγμένους τοῦ τείχεος, τὸ ἀνορθώσαντες εἶχον ἐν φυλακῇ, οὐκ οἷά τε ἦν κατιδέσθαι· ὁ δὲ τοὺς ἔξω ἐμάνθανε, τοῖσι πρὸ τοῦ τείχεος τὰ ὅπλα ἔκειτο. ἔτυχον δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Λακεδαιμόνιοι ἔξω τεταγμένοι. τοὺς μὲν δὴ ὥρα γυμναζο-

[e] ἰδέσθαι ὁκόσοι τε. [f] ἱππεὺς ἐς τό.

Digitized by Google

illic perstandum, et nuncios ad arcessenda subsidia per civitates dimittendos, tanquam se paucioribus quam ut Medorum exercitum arcerent.

208. Haec istis consultantibus, Xerxes equitem quendam ad speculandum quales illic essent, et quid agerent, mittit. Audierat enim jam tum quum in Thessalia esset, eò loci contractam esse exiguam copiam, ejusque duces esse Lacedaemonios, atque Leonidem e genere Herculis. Eques ubi ad stationem Graecorum successit, contemplatur aspicitque non ille quidem omnes milites (nam eos, qui intra murum quem excitaverant excubabant ad ejus custodiam, intueri nequibat) sed eos qui extra murum agebant. Erant autem eo tempore exterius manendi in Lacedaemoniorum statione vices: eos animadvertit partim se ludo gymna-

Digitized by Google

ſtico exercentes, partim comam pectentes. Haec cum admiratione intuitus, etiam cognito eorum numero, ac omnibus plane perceptis, per otium ſeſe recipit. nemo enim inſequebatur, ſed hominem magno contemptui habebant. Regreſſus ad Xerxem, cuncta quae inſpexerat refert.

209. Quae Xerxes audiens, non poterat conjectare quod erat, eoſque parare ſe, tanquam perituri, et perdituri, quantum poſſent. Sed (ridiculam enim rem facere ſibi videbantur) arceſſit Demaratum Ariſtonis filium, qui in exercitu erat: quem, ut venit, interrogavit horum ſingula, cupiens noſſe quid ab Lacedaemoniis ageretur. Et ille, ‘ Audiſti, inquit, ‘ et antea me, dum adverſus Graeciam ‘ proficiſceremur, de his viris: et quum ‘ audiſſes loquentem haec ipſa quae even‘ tura providebam, deriſui habuiſti: nam

Digitized by Google

μένους τῶν ἀνδρῶν, τοὺς δὲ τὰς κόμας κτενιζομένους. ταῦτα δὴ θεώμενος, ἐθώϋμαζε, καὶ τὸ πλῆθος ἐμάνθανε. μαθὼν δὲ πάντα ἀτρεκέως, ἀπήλαυνε ὀπίσω κατ᾽ ἡσυχίην. οὔτε γάρ τις ἐδίωκε, ἀλογίης τε ἐνεκύρησε πολλῆς. ἀπελθὼν δὲ, ἔλεγε πρὸς Ξέρξεα τάπερ ὀπώπεε πάντα.

σθ΄. Ἀκούων δὲ Ξέρξης, οὐκ εἶχε συμβαλέσθαι τὸ ἐὸν, ὅτι παρασκευάζοιντο ὡς ἀπολεόμενοί τε καὶ [g] ἀπολέοντες κατὰ δύναμιν. ἀλλ᾽ (αὐτῷ γελοῖα γὰρ ἐφαίνοντο ποιέειν) μετεπέμψατο Δημάρητον τὸν Ἀρίστωνος ἐόντα ἐν τῷ στρατοπέδῳ. ἀπικόμενον δέ μιν ἠρώτα Ξέρξης ἕκαστα τουτέων, ἐθέλων μαθέειν τὸ ποιεύμενον πρὸς τῶν [h] Λακεδαιμονίων. ὁ δὲ εἶπε, ‘ Ἤκουσας μέν μευ καὶ πρότερον, ‘ εὖτε ὁρμῶμεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, περὶ ‘ τῶν ἀνδρῶν τουτέων. ἀκούσας δὲ, γέ‘ λωτά με ἔθευ, λέγοντα τάπερ ὥρων ‘ ἐκβησόμενα πρήγματα ταῦτα. ἐμοὶ

[g] ἀπολεύμενοι καὶ. [h] ὑπὸ τῶν.

Digitized by Google

‘ γὰρ τὴν ἀληθηΐην ἀσκέειν ἀντία σεῦ,
‘ ὦ βασιλεῦ, ἀγὼν μέγιστός ἐστι· ἄκουσον
‘ δὲ καὶ νῦν. οἱ ἄνδρες οὗτοι ἀπίκαται
‘ μαχεσόμενοι ἡμῖν περὶ τῆς ἐσόδου, καὶ
‘ ταῦτα παρασκευάζονται. νόμος γάρ σφι
‘ οὕτω ἔχων ἐστί· ἐπεὰν μέλλωσι κινδυ-
‘ νεύειν τῇ ψυχῇ, τότε τὰς κεφαλὰς
‘ κοσμέονται. ἐπίστασο δὲ, εἰ τούτους τε
‘ καὶ τὸ ὑπομένον ἐν Σπάρτῃ καταστρέ-
‘ ψεαι, ἔστι οὐδὲν ἄλλο ἔθνος ἀνθρώπων
‘ τό σε, βασιλεῦ, ὑπομενέει χεῖρας ἀν-
‘ ταειρόμενον. νῦν γὰρ πρὸς βασιληΐην
‘ τε καὶ καλλίστην πόλιν τῶν ἐν Ἑλ-
‘ λησι προσφέρεαι, καὶ ἄνδρας ἀρίστους.’
κάρτα τε δὴ ἄπιστα Ξέρξῃ ἐφαίνετο τὰ
λεγόμενα, καὶ δεύτερα ἐπηρώτα, ὅντινα
τρόπον, τοσοῦτοι ἐόντες, τῇ ἑωϋτοῦ στρα-
τιῇ μαχέσονται [a]. ὁ δὲ εἶπε, ‘ Ω βασι-
‘ λεῦ, ἐμοὶ χρᾶσθαι ὡς ἀνδρὶ ψεύστῃ, ἢν
‘ μὴ ταῦτά τοι ἐκβῇ, τῇ ἐγὼ λέγω.’

σί. Ταῦτα λέγων, οὐκ ἔπειθε τὸν

[a] ἐόντες, οἷοί τε εἰσι τῇ ἑω. στρατ. μαχέσασθαι.

Digitized by Google

'mihi ſumma contentio eſt adverſus te, 'o rex, veritatem colere; audias vero 'nunc utique. Hi viri ad nobiſcum pug- 'nandum de introitu venere, atque hoc 'apparant. nam ita ſeſe apud eos habet 'conſuetudo: quoties adire vitae pericu- 'lum debent, tunc capita comunt. ſed 'ſcito, ſi et hos et quod in Sparta reſi- 'duum eſt, ſubegeris; nulla hominum 'gens alia eſt, quae contra te, rex, au- 'deat tollere manus. Etenim nunc ad- 'verſus regnum atque civitatem in Grae- 'cia pulcherrimam atque viros praeſtan- 'tiſſimos tendis.' Et admodum haec dicta incredibilia Xerxi videbantur, et denuo interrogabat, quo pacto tantillae copiae cum ſuis pugnabunt. ille vero in- quit, 'O Rex, utere me ut viro menda- 'ci, niſi haec tibi evenerint, prout ego 'dico.'

210. Haec dicens, tamen Xerxi non

Digitized by Google

persuasit. Itaque quatriduum Xerxes supersedit, ratus eos illinc fugam esse facturos. Quinto die quum non discederent, atque ipse putaret impudentia illorum atque temeritate fieri, ut manerent, ira percitus, Medos in eos ac Cissios mittit, imperans ut illos caperent vivos et in conspectum suum ducerent. Medi, ubi facto impetu in Graecos impressionem fecerunt, multi cadebant, aliisque supervenientibus nihil tamen depellebantur, etsi vehementer ingruerent: palam facientes aliis omnibus, et non minimum ipsi regi, penes ipsum quidem multos homines esse, at paucos viros. Fuit autem hic pugnae congressus interdiu.

211. Post, ubi Medi aspere fuissent excepti, tum vero ipsi se subduxere, Persaeque subeuntes excepere, immortales quorum dux erat Hydarnes, rex appellavit, tanquam facile rem profligaturos,

Digitized by Google

Ξέρξεα. τέσσερας μὲν δὴ παρεξῆκε ἡμέρας, ἐλπίζων αἰεὶ σφέας ἀποδρήσεσθαι. πέμπτῃ δὲ, ὡς ἐκ ἀπαλλάσσοντο, ἀλλά οἱ ἐφαίνοντο, ἀναιδείῃ τε καὶ ἀβελίῃ διαχρεώμενοι, μένειν, πέμπει ἐπ' αὐτὲς Μήδες τε καὶ Κισσίες θυμωθείς· ἐντειλάμενος σφέας ζωγρήσαντας ἄγειν ἐς ὄψιν τὴν ἑωϋτε. ὡς δ' ἐπέπεσον φερόμενοι ἐς τὲς Ἕλληνας οἱ Μῆδοι, ἔπιπτον πολλοί· ἄλλοι δ' ἐπεσήϊσαν, καὶ ἐκ ἀπελαύνοντο, καίπερ μεγάλως προσπταίοντες. δῆλον δ' ἐποίευν παντί τεῳ, καὶ ἐκ ἥκιστα αὐτῷ βασιλέϊ, ὅτι πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι εἶεν, ὀλίγοι δὲ ἄνδρες· ἐγίνετο δὲ συμβολὴ δι' ἡμέρης.

σια'. Ἐπεί τε δὲ οἱ Μῆδοι τρηχέως περιείποντο, ἐνθαῦτα ἔτοι μὲν ὑπεξήϊσαν, οἱ δὲ Πέρσαι ἐκδεξάμενοι ἐπήϊσαν, τὲς ἀθανάτες ἐκάλεε βασιλεὺς, τῶν ἦρχε Ὑδάρνης, ὡς δὴ ἔτοί γε εὐπετέως κατεργασόμενοι. ὡς δὲ καὶ ἔτοι συνέμισ-

Digitized by Google

